deo: ſicut vnū ſūt pater ⁊ fi
lius: q̄uis qui adheret deo
vnus ſpūs eſt cū eo. Legi hoc: illud nō
legi. Nō dico de me q̄ nihil ſū. ſꝫ nemo
plane niſi demēs ſiue de terra ſiue de
celo: vſurpabit ſibi illā vnigeniti vo=
cem: ego et pater vnū ſumus. Et tamē
ego licet puluis et cinis minime illud ve
rear dicere. q2 vnꝰ cū deo ſpūs ſum: ſi
vnq̄ꝫ tñ certis ꝑſuaſus fuero expimen=
tis deo me adherere: ad inſtar vnius
illoꝝ q̄ in caritate manēt. ac per hoc i
deo manēt ⁊ deus in eis. Nam de tali
adheſiōe puto dictū: qui adheret deo
vnꝰ ſpiritus eſt. Quid ergo? Dicit filiꝰ
Ego in patre ⁊ pater in me eſt: ⁊ vnū ſu
mus. Dicit homo. ego in deo: ⁊ deꝰ in
me eſt: ⁊ vnꝰ ſpūs ſumus. Sed nū quid
pater ⁊ filiꝰ vt ſint in inuicē. ac perinde
vnū inuicē ſe māducant: ſicut deus et
homo mutua ſe quadā in ſeſe māduca
tione traijciunt. vt ꝑ hoc etſi nō vnum
certe vnꝰ ſpiritus ſint? Abſit. Nec enī
vno mō inſūt ſibi hi atqꝫ illi: ſed neq̄ꝫ
vna vnitas vtroꝝq̄ꝫ. Deniq̄ꝫ innuitur
vnitatū diuerſitas ꝑ vnus et vnū: q̄m
nec patri ⁊ filio vnꝰ: nec homini et deo
vnū poterit cōuenire. Illic quidē per
vnū vnitas ſubſtātie vel nature: hic ꝟo
per vnus eque vnitas: ſed ideo longe
altera q2 inter ſubſtātias et naturas.
Homini nēpe ⁊ deo ſua cuiq̄ꝫ et natura
et ſubſtātia eſt: cū patris ⁊ filij conſtet
penitꝰ eſſe vnā. Uides illā nec vnitatē
eſſe: ſi q̄dem huic ſingulari ſūmeq̄ꝫ vni
tati ꝯpareť. Nā quō vnitas: vbi nume
rus naturaꝝ ⁊ ſubſtātiarū diuerſitas?
Et tamē vnꝰ ſpūs diciť ⁊ eſt cū deo aīa
adherēs deo: nec preiudicat rerū plu=
ralitas vnitati huic: quā facit nō ꝯfu=
ſio naturarū: ſed voluntatū conſenſio.
Propter hāc q̄ꝫ mlťa corda vnū. ⁊ mul
te aīe vna dicūť: ſicut ſcriptū eſt. Mul=
titudinis credentiū erat cor vnū ⁊ aīa
vna. Et hec ergo vnitas. Ceteꝝ q̄d ad
illā q̄ nō vnitione cōſtat: ſed extat eter
nitate? Nō plane illā quedā iſtar huiꝰ
mutua manducatio facit: quia nec fit
Eſt enī. Sꝫ nec cōiunctio naturaꝝ ſeu
eſſentiaꝝ voluntatū ve ꝯſenſio ꝯſtituit
eā: quia cōiunctio vľ ꝯſenſus vel caſus
cōpoſitio vel tale aliq̄d vniꝰ nō eſt. Eſt
autē patri filioq̄ꝫ natura eſſētia. volū=
tas nō mō vna ſꝫ vnū. Hoc nēpe ē illis
eſſe. ꝙ naturā eē. hoc velle ꝙ eſſe vľ na
turam eſſe. Non eſt itaq̄ꝫ ꝙ vnitas q̄
vnū ſūt pater et filiꝰ. dicať fieri de na
turis vel eſſentijs vel volūtatibꝰ quia
vnū ſunt. nō eſt ꝙ dicať vel fieri. q2 eſt.
Nec enī facticia eſt: ſꝫ natiua. Sūt in
ſeſe pať ⁊ filiꝰ nō ſolū ineffabili ſꝫ etiā in
cōprehēſibili mō ſuiipſorū capabiles

pariter et capaces: ſed ſane ita capabiles vt nō pticipabiles: ita capaces vt nō participes. Eſt pater in filio i quo ſemper ſibi bene cōplacuit. ⁊ eſt filiꝰ in patre. a q̄ vt nūq̄ non natꝰ: ita nūq̄ eſt ſeparatus. Porro p caritatē homo in deo: ⁊ deꝰ in homine eſt. Sed homo quidē ab eterno in deo tanq̄ ab eterno dilectꝰ: qui tamē ex illis ſit qui dicunt: quia dilexit ⁊ gratificauit nos in dilecto filio ſuo ante mūdi conſtitutionē: deus vero in hoie: ex quo dilectꝰ ab homie. Et ſi ita eſt hō quidē in deo eſt: et quādo in hoie deus nō eſt: deꝰ aūt in hoie nō eſt qui non ſit in deo. Manere eni in dilectione nō poteſt: etſi forſitan ad tempꝰ diligat non dilectus: poteſt aūt nondū diligere etiã dilectꝰ. Porro cū iam diligit qui diligebat: homo in deo: et deꝰ in hoie eſt. Qui aūt nūq̄ diligit nunq̄ dilectꝰ eſt: ac per hoc nec ipſe in deo. nec deus in eo eſt. Hec dicta ſint ad dādam differentiam inter illam cōnexionem qua pater et filius vnum ſunt. et illam qua adherēs deo vnus ſpiritus eſt: ne forte quia legitur de homine manēte in caritate quia in deo manet et deus in eo. et itē de filio. q nihilominus in patre ſit et pater in ipſo par putaret adoptati ꝓgatiua: et vnigeniti vnitio.

## Ca. xxii. De viſiōe illa qua videndus eſt deus in futuro ſicut eſt. Super cantica ſermone. xxxi.

Viſio futura ſtat: q̄a forma ſtat que tūc videtur. Eſt ei: nec vllā capit ex eo qđ fuit vel erit mutationē. Tolle nempe fuit et erit: vnde iam tranſmutatio. aut viciſſitudinis obumbratio? At quicqđ veniens ex eo quod fuit: non ceſſat tendere in id quod erit: tranſitū ſane habet per eſt. ſed oīno non eſt. Nam quomodo eſt qđ nunq̄ in eodem ſtatu permanet? Solū proinde vere ē: quod nec a fuit preſciditur nec ab erit expungitur. ſꝫ ſolum ⁊ inexpugnabile remanet ei eſt. et manet quod eſt. Nec fuit ſane tollit illi eē ab eťno: nec erit eē in eternum. ac per hoc ſibi vendicat ſibi verū eſſe: i. increabile. interminabile inuariabile. Cum ergo ipſe qui ſic eſt. imo qui non ſic. aut ſic eſt. videtur ſicuti ē. ſtat vt dixi illa viſio: quia nulla eã interpolat viciſſitudo. Et tunc ille de euangelio vnus oībus qui ſic vident denarius redditur in vna ſpecie que offertur. Nā et qđ apparet vt inuariabile in ſe ē. ita inuariabiliter intuentibus preſto eſt. ⁊ quibus apparet nil videre deſiderabilius volunt. nil delectabilius poſſunt. Quando ergo illa vel faſtidiet auiditas: vel ſe ſubtrahet ſuauitas: vel fraudabit veritas: vel deficiet eternitas? Qꝫ ſi ineternū extenditur vidēdi copia et volūtas quomodo non plena felicitas? Nil quippe aut deeſt iam ſemper vidētibus aut ſupeſt ſemper volentibꝰ. At talis viſio nō eſt vite preſentis: ſed in nouiſſimis reſeruatur.

## Ca. xxiii. Qꝫ nō pōt videri in hac vita ſicuti eſt. Super cantica ſermone. xxxi.

Studioſis mētibus deꝰ frequenter apparet: ⁊ non ſub vna ſpecie. Quid ita? Profecto q̄ꝛ nondū videtur ſicuti eſt. Et nunc quidẽ apparet quibus vult ſed ſicuti vult: non ſicuti eſt. Non ſapiens non ſanctꝰ: nō propheta: videre illum ſicuti ē poteſt: aut potuit in corpe hoc mortali. poterit autē in immortali qui dignus habebitur. Itaq̄ videt et hic: ſed ſicut videtur ipſi et non ſicuti eſt. Nam nec ſolem quẽ quotidie vides vidiſti tamen aliquando ſicuti eſt: ſed tm̄ ſicut illuminat: verbi cauſa aerē/ mōtem parietem. Qđ ne ipſū quidem aliquatenus poſſes: ſi non aliqua ex parte ipſum lumē corporis tui pro ſui ingenita ſerenitate ⁊ perſpicuitate celeſti lumini ſimile eſſet. Nō deniq̄ alterum membrū corporis capax eſt luminis: ob multā vtiq̄ diſſimilitudinē. Sed nec ipſe oculus ſi conturbatꝰ fuerit lumini propinquabit: nimirum ob amiſſā ſimilitudinē. Qui ergo turbatꝰ nullatenꝰ ſerenū ſolem videt ꝓpter diſſimilitudinē: ſerenꝰ aliq̄tenus videt ꝓ

pter nõnullã ſilitudinẽ: ꝑfecto ſi pari proſus puritate vigeret: videret oino inoffẽſa acie eũ ſicuti eſt ꝓpt oimodam ſimilitudinem. Ita ⁊ ſolẽ iuſticie illũ qui illumiat omnẽ hominẽ veniẽtem in hũc mundũ. videre in hoc mũdo ſicut illuminat illuminatus poteſt: tanq̃ iã in aliquo ſimilis: ſicuti ẽ oino non poteſt. tanq̃ non perfecte ſimilis. Porro iã preſentib⁹ nõ aliud eſt videre ſicuti eſt. q̃ eſſe ſicuti eſt: et aliq̃ diſſimilitudine non confundi.

## Ca. xxiiij. De diuerſis modis viſionũ dei. Sup cãtica. ſmõe. xxxi

t Anta hec formaꝝ varietas atq̧ numeroſitas ſpecierũ in reb⁹ cõditis. q̃d niſi radij ſunt deitatis: mõſtrantes q̃dem q2 vere ſit a quo ſũt: nõ tñ diffinietes ꝓrſus quid ſit. ita q̧ de ipſo ſint vides. ſ3 non ipſũ. Cũ autẽ de eo quẽ nõ vides cetera vides: ſcis idubitãter exiſtere quẽ oportet inq̃rere. vt inquirentẽ nõ fraudet gratia: negligentẽ ignorantia non excuſet. Uerũ hoc genus vidẽdi cõmune. In promptu eni eſt iuxta aplm omi vtenti ratione inuiſibilia dei ꝑ ea que facta ſunt intellecta cõſpicere. Alius proculdubio modus ille quo quondã patribus crebra illa atq̧ ambitioſa diuine preſẽtie familiaritas dignant̃ indulta eſt quanq̧ nec ipſis ſicuti eſt. ſed ſicut dignata eſt. nec vno modo ſed vt apoſtol⁹ ait. Multifarie multiſq̧ modis: cũ ipſe in ſe ſit vnus. Et hec demõſtratio non quidẽ cõmunis. ſed tamen foris facta eſt: nimirũ exhibita ꝑ imagines extrinſecus apparentes. ſeu voces ſonantes. Sed eſt diuina inſpectio eo differentior ab his quo interior: cũ per ſeipſũ dignatur inuiſere de⁹ aiam querentẽ ſe: que tñ ad querendũ ſe toto deſiderio et amore deuouit. Hoc ſignũ iſtiuſmodi aduẽtus eius: ſicut ab eo qui expertus eſt edocemur. Ignis ante ipſum precedet: et inflãmabit in circuitu inimicos eius. Oportet nanq̧ vt ſancti deſiderij ardor preueniat faciem eius ad oẽm aiam ad quã ipſe ẽ ventur⁹: q̃ oẽm cõſumat rubiginẽ vicioꝝ ⁊. ſic preparet locũ dño. Et tunc ſcit aia q̃m prope eſt dñs cũ ſe ſenſerit illo igne ſuccenſã. Nõ ergo ſit affecta ⁊ ſic dilecta cõtenta erit oino vł illa q̃ multis per ea que facta ſũt. vel illa q̃ paucis ꝑuiſa ⁊ ſomnia facta eſt manifeſtatio ſpõſi. niſi ⁊ ſpeciali ꝑrogatia itimis illũ affectib⁹ atq̧ ipſis medullis cordis celit⁹ illapſũ ſuſcipiat. habeatq̧ p̃ſto quẽ deſiderat: nõ figuratũ ſ3 īfuſũ: nõ apparentẽ ſed afficientẽ: nec dubiũ q̃n eo iocũdiorẽ q̃ int⁹ nõ foris. Uerbũ nẽpe ẽ nõ ſonãs ſ3 penetrans: nõ loquax ſ3 efficax: nõ obſtrepẽs aurib⁹ ſ3 blãdiens affectib⁹. Facies eſt nõ formata ſ3 formãs: nõ ꝑſtringẽs oc'os corpis ſ3 letificãs faciẽ cordis: grata q̃ppe amoris munere nõ colore. Nõ tamẽ adhuc illũ dixerim appere ſicuti ẽ: q̃uis non oino aliud hoc mõ exhibeat q̃ qd eſt. Neq̧ eni vel ſic cõtinue p̃ſto erit q̃uis deuotiſſimis mẽtib⁹: ſ3 nec vniformiť oib⁹. Oport3 nãq̧ ꝑ varijs aie deſiderijs diuine guſtũ p̃ſentie variari: ⁊ īfuſũ ſaporẽ ſupne dulcedinis diuerſa appetentis animi aliter atq̧ aliter oblectare palatum.

## Ca. xxv. Cui vel quali aie de⁹ apparere ſol3. Sup cañ. ſmõe. xxxi

ſ Pũs eſt de⁹ ⁊ cõcupiſcit decorẽ illius anime quã forte aduerterit in ſpũ ambulãtẽ ⁊ curã carnis nõ ꝑficientẽ in deſiderio: p̃ſertim ſi ſui amore flagrantẽ ꝯſpexerit. Tali aie ſuſpirãti freq̃ter imo ſine intermiſſiõe orãti et afflictãti ſe pre deſiderio: infdũ deſiderat⁹ ille miſeratus occurrit. Ubi ſupra ſer. xxxij. Ergo ſi q̃s ẽ ita deſiderij vir vt cupiat diſſolui ⁊ eẽ cũ xp̃o: cupiat ãt vehement̃. ardent̃ ſitiat. aſſidue meditet̃. is ꝑfecto ſuſcipiet deũ. Si q̃dẽ deſideriũ cordis ei⁹ tribuet̃ ei: etſi adhuc ꝑegrinãti i corpore. Ex pte tñ id q̧ ad tps: ⁊ tps modicũ. Nã cũ vigilijs ⁊ obſecrationib⁹ ⁊ multo labore et imbre lacrimarũ q̃ſit⁹ affuerit: ſubito dũ teneri putabit̃ elabit̃. Et rurſũ lacrimãti ⁊ inſectanti oc=

eurrens cōprehēdi patit̄. ſꝫ mīme teneri: dū ſubito iterꝫ q̄ſi e manib⁹ auolat. Et ſi inſtiterit p̄cib⁹ et fletib⁹ deuota aīa denuo reuertet̄: ꝛ volūtate labiorꝫ eius nō fraudabit eā. Sꝫ rurſū mox diſparebit: ꝛ nō videbit̄ iterꝫ. niſi toto deſiderio req̄rat̄. Ita ergo ꝛ in hoc corpe p̄t eē de preſentia ſponſi frequens leticia. ſed nō copia. q2 etſi viſitatio letificat: ſꝫ moleſtat viciſſitudo. Nec tn̄ vel ī trāſitu ſic p̄ſto erit oī aīe: niſi illi dūtaxat quā ingens deuotio et deſideriū vehemens. ꝛ p̄dulcis affect⁹ ſponſā p̄bat ꝛ dignā: ad quā gr̄a viſitādi acceſſurum v̄bū decorē iduat. formā ſp̄oſi accipiēs.

## ¶ Capi. xxvi. Q̄ magni fide magna ꝛ ſublimia de ſupnis merentur videre. Super cantica. ſermone. xxxij.

Magni patriſfamlias ſeu regie maieſtatis ſcema apparere exiſtimo. his q̄ accedentes ad cor altū de maioris ſp̄us libertate et puritate conſcientie magnanimiores facti cōſueuerūt audē maiora: īndeti p̄rſus ꝛ curioſi ſecreta penetrare: apprehēdere ſublimiora: ꝛ tēptare perfectiora. nō modo ſenſuū ſed et virtutū. Hi eni pro fidei magnitudine digni inueniūtur qui inducātur in omnē plenitudinē nec eſt omnino loc⁹ ī oīb⁹ apothecis ſapiētie: a quo de⁹ ſcientiarum dn̄s arcendos cenſeat cupidos veritatis. vanitatis nō conſcios. Tales itaq3 magna audent: quia magni ſūt: et que audent obtinent. Magna ſiquidem fides magna meretur. Igit̄ iſtiuſmodi magnis ſpiritib⁹: magnus occurret ſp̄us. et magnificabit facere cū eis: emittens lucē ſuā ꝛ veritatē ſuā: eoſq3 adducēs ꝛ deducēs in montē ſanctum ſuū et in tabernacula ſua. Regē in decore ſuo videbūt oculi ei⁹. q̄ huiuſmodi eſt: precūtem ſe ad ſpecioſa deſerti. ad flores roſarū: ꝛ lilia cōualliū: ad amena ortorū ꝛ irrigua fontiū: ad delicias cellariorū: et odorameta aromatum. poſtremo ad ipſa ſecreta cubiculi. Iſti ſunt theſauri ſapiētie ꝛ ſcientie penes ſponſū abſcōditi. Hec vite paſcua p̄parata in refectionem animarꝫ ſanctarꝫ. Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuū ex ipſis. hoc ſolū admonit⁹ ſit: ne ſol⁹ habere velit q̄ poſſūt ſufficē pl'ib⁹.

## ¶ Ca. xxvij. De viciſſitudinibus dei euntis et redeuntis in anima. Super cantica. ſermone. lxxiiij.

Dicamus verbum dei deum ſponſum anime prout vult et venire ad animam ꝛ iterꝫ dimittere eam: tantū vt ſenſu anime: nō motu verbi iſta fieri ſentiam⁹. Verbi cauſa. Cum ſentit gratiam agnoſcit preſentiam: cum non. abſentiam queritur: ꝛ rurſum preſentiā querit. Quidni requirat? Neq3 enim ſubducto ſibi tā dulci ſponſo. interim aliquid aliud nō dico deſiderare: ſed nec cogitare libebit. Reſtat igit̄ vt abſentē ſtudioſe requirat: reuocet abeūtem. Ita ergo reuocatur verbum: et reuocatur deſiderio anime. ſed eius anime cuius ſemel indulſerit ſuauitatem ſui. Nūquid nō deſiderium vox? Et valida. Verbo igitur abeunte vna interim ꝛ cōtinua vox anime. cōtinuū deſiderium eius tanq3 vni cōtinuūq3 reuertere: donec veniat. Et forte ideo ſubtraxit ſe. quo audi⁹ reuocaret̄. teneret̄ forti⁹. Nā ꝛ aliq̄n ſimulabat ſe longius ire. non q2 hoc volebat. ſꝫ magis volebat audire. Mane nobiſcū q̄m adueſperaſcit. Ergo iſtiuſmodi piā ſimulationē imo ſalutarē diſpēſatiōnē quā tūc corpaliter de⁹ exhibuit: nō ceſſat idētidē mō ſuo ſpiritali cū deuota ſibi aīa ſedulo actitare. Preteriens teneri vult. abiens reuocari. Neq3 eni hoc irreuocabile verbū. It ꝛ redit pro bn̄placito ſuo: quaſi viſitās diluculo et ſubito p̄bans. Et ire quidē illi quodāmō diſpēſatoriū. redire vero ſemꝑ voluntariū eſt. vtrūq3 aūt plenū iudicij. At penes ip̄ꝫ horū ratio. Nūc v̄o cōſtat in aīa fieri huiuſcemōi viciſitudines euntis et redeūtis v̄bi. Volo dicere quō mecū agit̄ in euſmōi. Non expedit quidē. Sed prodar vt proſim. Fateor et michi aduētaſſe verbum in inſipientia dico: et plures. Cūq3 ſepi⁹

Intrauerit ad me: nō ſenſi aliquotiens cū intrauit. Adeſſe ſenſi: affuiſſe recordor: interdū et ꝑſentire potui introitū eius: ſentire nunq; ſed ne exitū quidē. Nam vnde in aiam meā venerit/quo ve abierit denuo eam dimittens: ſed et qua introierit vel exierit: etiam nunc ignorare me fateor. Sane ꝑ oculos nō intrauit. quia nō eſt coloratū. ſed neq; per aures: qꝛ nō ſonuit. ſʒ neq; ꝑ nares qꝛ nō aeri miſcet̄ ſed menti. nec infecit aerem ſed fecit. neq; vero ꝑ fauces: qꝛ nō eſt māſum vel hauſtū. nec ꝑ tactum cōperi illud: qꝛ palpabile non eſt. Qua igitur introiuit? An forte nec introiuit quidē: qꝛ nō deforis venit? Neq; enim eſt vnū aliquid ex his que foris ſunt. Porro nec deintro me veīt quia bonū eſt: et ſcio quoniā nō eſt in me bonum. Aſcendi etiā ſupius meū: et ecce ſupra hoc verbū eminēs. Ad inferius quoq; meum curioſus explorator deſcendi et nichilominꝰ infra inuētū eſt. Si foras aſpexi: extra om̄e exterius meū cōperi illud eſſe: ſi intus et ip̄m interius erat. Et cognoui q̄dē veꝝ eſſe qđ legerā: qꝛ in ipſo viuimꝰ ⁊ mouemur: ⁊ ſumus. ſed ille btūs ē in quo ip̄ʒ eſt: qui illi viuit: eo mouet̄. Queris igit̄ cū ita ſint oīno inueſtigabiles vie eiꝰ: vn̄ adeſſe norim? Uiuū ⁊ efficax ē. moxq; vt intus venit: expgefecit dormitātē aiaʒ meā: mouit et emolliuit: et vulnerauit cor meum: quoniā durum lapideūq; erat: et male ſanum. Cepitq; euellere et deſtruere: edificare ⁊ plantare: rigare arida: tenebroſa illumiare: clauſa reſerare: frigida inflāmare: necnon et mittere praua in directa: ⁊ aſpera in vias planas. ita vt benediceret aīa mea dn̄o et oīa que intra me ſunt: nomini ſctō eius. Ita igitur intrās ad me aliq̄tiēs verbū ſponſus: nullis vnq; introitū ſuum indicijs innoteſcere fecit. non voce: non ſpecie: nō inceſſu. Nullis deniq; ſuis motibꝰ cōpertū eſt michi. nullis meis ſenſibꝰ illapſuʒ penetralibꝰ meis: tm̄ ex motu cordꝭ ſicut ꝑfatꝰ ſū itellexi ꝑſentiā eiꝰ: ⁊ ex fuga viciorꝝ carnaliūq; cōpreſſiōe affectuū aduerti potētiā ỽtutꝭ eiꝰ. et ex diſcuſſiōe ſiue red argutiōe occltoꝝ meorū: admiratꝰ ſum ꝓfunditatē ſapientie eiꝰ. et ex quātulacūq; emēdatiōe morū meoꝝ: expertꝰ ſum bonitatē māſuetudinis eiꝰ. et ex reformatiōe ac renouatione ſpūs mētis mee. id eſt interioris hoīs mei: percepi vtcūq; ſpēm decoris eius. et ex contuitu horū oīm ſimul expaui multitudinē magnitudinis eius. Ueꝝ quia hec oīa vbi abſceſſerit verbū quodā ilico languore torpētia perinde iacere incipiunt: acſi cacabo bullienti ſubtraxeris ignem. et hoc michi ſignū abſceſſionis eius. Triſtis ſit neceſſe eſt aīa mea donec iterū reuertat̄: et ſolito recaleſcat cor meum intra me: idq; ſit reuerſiōis indicium. Familiare michi erit quoad vixero proverbi reuocatiōe reuocationis verbū: qđ vtiq; reuertere eſt. Et quotiens elabet̄: totiēs repetet̄ a me. nec ceſſabo clamitare quaſi poſt tergum abeūtis ardenti deſiderio cordis. vt redeat ⁊ reddat michi leticiam ſalutaris ſui: reddat michi ſeip̄m. Fateor filij nichil interim libet: dum non preſto eſt: quod ſolum libet.

## Ca. xxviii. Q abſq; veritate ſimul ⁊ grā nō eſt plena ⁊ iocūda viſitatio dei. Sup cantica. ſermone. lxxiiij.

v Traq; res neceſſaria mihi. et ỽitas quidē cui abſcondi nō poſſim: gratia autem cui nolim. Alioquin ſine alterutra viſitatio plena nō erit: cum et illiꝰ ſeueritas abſq; hac oneroſa: et huius hylaritas abſq; illa diſſoluta poſſit videri. Amara eſt veritas ſine condimento gratie. ſicut abſq; ỽitatꝭ freno leuis ⁊ neſciēs modū: plerūq; et inſolēs ipſa deuotio. Quā multꝭ nō profuit gratiā ꝑcepiſſe: pro eo ꝙ temperamentum de veritate pariter nō acceperūt. Ex hoc enī plus q̄ oportuit cōplacuere ſibi in ea. dum veriti nō ſunt veritatis obtutus. dum nō reſpexerīt ad maturitatē magis aūt ſe totos leuitati hylaritatiq; dederūt. Inde factū eſt vt in qua priuarim exultare voluerūt gratia priuarent̄: quibꝰ vl̄ ſero dici potuerit. Eūtes ergo diſci-

te quid ſit. ſeruite dño in timore. ⁊ exul
tate ei cũ tremore. Ergo nõ in ſola grã
pleitudo gratie eſt: ſed ne in ſola quidẽ
veritate. Quid ꝓdeſt ſcire quid te opor
teat facere: ſi non detur et velle facere?
Quid ſi velis quidẽ: ſed mime poſſis?
Quãtos expertus ſum agnita veritate
triſtiores? et ideo magis ꝙ iã cõfugere
ad ignorantie excuſatiõem non liceret:
ſciẽtes ⁊ nõ faciẽtes qđ veritas horta-
retur. Que cum ita ſe habeant: neutrũ
ſine altero ſufficit. Et q̃dẽ penes ſpõſũ
vtraqꝫ res. Deniqꝫ grã et ṽitas ꝑ ieſuꝫ
chriſtũ facta eſt. ait iohãnes baptiſta.
Si ergo cum vnaq̃uis harũ ſine altera
pulſauerit ad oſtiũ meũ dñs ieſus. Ipe
ẽ eni ṽbũ dei. aie ſponſus: itrabit ſane.
nõ tanq̃ ſponſus ſed tanq̃ iudex. Abſit:
nequaq̃ fiat hoc. Nõ intret in iudiciũ
cum ſeruo ſuo. Intret pacificus Intret
iocũdꝰ et hylaris. Maturus tñ ⁊ ſeriꝰ
intret: qui ſeueriori quodam veritatis
vultu in me dum inſolẽtiam reprimit:
purget leticiam. Intret ſaliens. Intret
circũſpectꝰ: qui culpam dum diſſimu-
lãdo trãſilit: penã miſerãdo reſpiciat.
Intret feſtiuus et ſplẽdidus. ſuauis et
nitis. qui nõ dedignatur dici ⁊ fieri ſpon
ſus anime querentis ſe. cum ſit ſuꝑ oĩa
deus benedictus in ſecula.

## ¶ Ca. xxix. Quid ſit patrẽ et filium venire ad animam. Super cantica. ſermone. lxix.

t
Anta eſt dignatio verbi. tã-
ta beniuolentia patris ṽbi
erga bñ affectã ⁊ bene cõpo-
ſitã aiam. qđ quidẽ ipm patris munꝰ
et verbi opus eſt: vt quã ſua tali bene-
dictione ꝓuenerint et ꝑparauerint ſibi
ſua quoqꝫ dignẽtur pñtia: et ita vt nõ
modo ad eã veniãt ſed etiã apud eã fa
ciant manſionẽ. Nõ eni ſufficit exhibe-
ri: niſi et copiã ſui ꝑbuerint. Quid eni
eſt venire ad aiam verbũ? Erudire in
ſapientia. Quid eſt patrẽ venire? Affi-
cere ad amorem ſapiẽtie. Patris dili-
gere eſt: et ideo patris aduentus ex in-
fuſa dilectione ꝓbatur. Quid faceret
abſqꝫ dilectione eruditio? Inflaret.
Quid abſqꝫ eruditiõe dilectio? Erra-
ret. Non decet ſponſã verbi eſſe ſtultã
porro elatã pater non ſuſtinet. Pater
eni diligit filiũ: et omnẽ altitudinem
extollentem ſe aduerſus ſciẽtiam ver-
bi: ſemper in promptu habet deijcere
atqꝫ deſtruere: ſiue immittendo zelum
ſiue intentando: quorũ alterum miſe-
ricordie: alterũ iudicij eſt. Utinã omnẽ
in me extollentiã cõprimat imo deijci-
at ⁊ ad nihilũ redigat: nõ accenſus fu-
ror/ſꝫ infuſus amor. Si ergo dñs ieſus
dignetur venire ad me. vel potiꝰ in me
in caritate ⁊ ſpiritu mãſuetudis. emu-
lans me dei emulatiõe. quid ei ita dei
vt caritas? nẽpe et deus eſt. ſi inq̃ in
iſta venerit: in hoc cognoſcã ꝙ non ſit
ſolꝰ: ſꝫ venerit etiã pater ſuꝰ cũ eo. Nã
quid eque paternũ? Propter hoc nẽpe
non pater verbi tñ: ſed et pater miarũ
eſt appellatus. ꝙ innatũ habꝫ miſere-
ri ſemꝑ ⁊ parcere. Si ſẽſero apiri mihi
ſenſũ vt itelligã ſcripturas aut ſermo-
nẽ ſapie: q̃ſi ebullire ex intimis aut in-
fuſo lũie deſuꝑ reuelari myſteria: aut
certe expãdi mihi q̃ſi q̃ddã largiſſimũ
celi gremiũ: ⁊ vberiores deſurſũ influe-
re aio meditationũ imbres: non ãbigo
ſponſũ adeſſe. Uerbi ſiquidẽ he copie
ſũt: ⁊ de plenitudine eiꝰ iſta accipimꝰ.
Qꝫ ſi ſe ꝑiter infuderit humilis quedã
ſed pinguis intime aſperſiõis deuotio:
vt amor agnite veritatis neceſſarium
qđdã odiũ vanitatꝫ in me generet. ⁊ cõ-
temptũ: ne forte aut ſcia iflet: aut fre-
quentia viſitationũ extollat me: tunc
prorſus pñe ſentio agi mecũ: et patrẽ
non dubito adeſſe. Si autẽ perſeuera
uero huic dignationi dignis ſemper ꝙ
in me eſt affectibus et actibus reſpon-
dere et grã dei in me vacua non fuerit
etiam manſionem apud me facit: tam
pater enutriẽs. q̃ verbũ erudiẽs. Quã
ta putas ex hac manſione inter ani-
mam et verbum familiaritatis gratia
oriatur: q̃ta de faĩliaritate ſeq̃tur fiducia?

## ¶ Ca. xxx. Quomõ cognoſcit anima ꝙ diligitur a deo. Super cantica ſermone. lxix.

a Nima ex eo ꝙ ſe diligere et
vehementer diligere ſentit.
etiā ſe diligi nihilominꝰ ve-
hementer nō ambigit: et de ſua ſingulari intentiōe. ſolicitudine. cura. opa. diligētia. ſtudioq; quo īceſſanter ⁊ ardēter inuigilat quēadmodū placeat deo eque hec oīa in ipo indubitanter agnoſcit. Ergo ex ꝓprijs que ſunt penes deum agnoſcit: nec dubitat ſe amari que amat. Ita ē. Amor dei amorem aīe parit: ⁊ illiꝰ ꝑcurrens intentio intentā aiam facit: ſolicitudoq; ſolicitam. Neſcio eni qua vicinitate nature cū ſemel reuelata facie gloriā dei ſpeculari aīa poterit mox illi conformari neceſſe eſt. atq; in eandē imaginē trāſformari. Igitur qualē te paueris deo: talis oportet appareat tibi deꝰ. Cum ſctō ſanctus erit: ⁊ cū viro inocente inocēs erit. Quidni eque ⁊ cū amāte amans. ⁊ cū vacāte vacans: ⁊ cū intēto intentus. et cū ſolicito ſolicitꝰ. Uigilas tu. vigilat ⁊ ipſe. Conſurge in nocte in ꝑncipio vigiliaꝝ accelera quātū vis. etiā ipſas anticipare vigilias īuenies eū. nō preuenies. Temere in tali negocio. vel prius aliquid vel plus tribuis tibi. Et magis amat ⁊ ante. Si hec aīa ſcit. imo qꝛ ſcit. miraris ꝙ illā maieſtatem quaſi cetera non curantē ſoli ſibi intēdere glorieꝛ: cui ſoli ipa poſtpoſitꝭ curis oībus: tota ſe deuotiōe cuſtodit. Unū dico. mirū quidē. ſed verū: animā deū videntē haud ſecus videre. ꝙ ſi ſola videaꝛ a deo. Ea ergo fiducia dicit illū intendere ſibi: ſeq; illi nihil ꝑter ſe et illū videns. Bonus es dn̄e aīe querēti te. occurris. amplecteris: ſponſū exhibes qui dn̄s es. imo qui es ſuper oīa deꝰ benedictus in ſecula. Amen.

¶ Explicit liber primus.

## ¶ Incipiunt capitula li. ſcd̄i.

De ope noſtre conditionis. .i.
De rectitudine hominis. ij.
De lapſu primi hominis a dignitate ſtatus ſui. iij.
De affinitate anime cum deo. iiij.
Qꝫ rectitudinē ſuā anima ꝑdere poſſit. magnitudinē vero non. v.
De ſimplicitate anime. vi.
De gradu anime quo precellit cetera viuentia. vij.
De immortalitate anime. viij.
De libertate anime. ix.
Qꝫ homo cum ſit liber. tamen interueniente peccato. facit ſe ſeruū. x.
Qꝫ prima forma anime obſcurari poteſt. xi.
Qꝫ etiā libertas anime detur pari poteſt. ſed non deſtrui. xij.
De fiducia quā habꝫ aīa ad deū. xiij.
De incremento anime. xiiij.
Qꝫ tēperatur nobis gratia dei. xv.
De ſacramento baptiſmi. xvi.
De baptiſmate paruuloꝝ. xvij.
Qꝫ ſola fides abſq; baptiſmo in neceſſitate ſufficit ad ſalutem. xviij.
De ſacramento altaris. xix.
Qꝫ impedire ſalutem animarū ſit pſequi chriſtum. xx.
De medio tenendo. xxi.
De modo corripiendi. xxij.
De lumine ſcientie. xxiij.
De cauſa diligendi deum. xxiiij.
De modo diligendi deum. xxv.
De premio diligendi deum. xxvi.
De ſtatu iuſtoꝝ ante aduētū dn̄i. xxvij
Qꝫ abſq; preſenti eccleſia celeſtis gloria pfici non poteſt. xxviij.

¶ Expliciunt capitula ſecundi libri.

## ¶ Incipit liber ſecundus De opere noſtre conditionis. In ſermōe de natali dn̄i Cuiꝰ initiū ē. Magna opera dn̄i.

¶ Capitulum primum.

i In primo ope cōditio
nis noſtre/ de limo ťre plaſ-
mauit hominē deꝰ:/ ⁊ inſpi-
rauit in faciē eiꝰ ſpm̄ vite.
Qualis artifex: qualis vnitor rerū: ad cuius nutū ſic cōglutinantur ſibi limꝰ terre ⁊ ſpūs vite: limus quidē iā ante creatꝰ erat: qn̄ in principio creauit deꝰ celū ⁊ terrā. At ſpūs ſane nō cōem ſed ꝓpriā habet ꝯditionē: nec in maſſa creatur: ſꝫ ſingulari quadā excellētia inſpiraꝛ. Agnoſce o hō dignitatē tuā: agnoſce dignitatē cōditionis humane.

Eſt tibi cū mundo corpus:ſic enim de=
cet eū q̄ cōſtituſꝰ eſt ſup vniuerſā huiꝰ
creature corporee molem. aliqua ei ſi=
milari ex parte: ſed etiam eſt tibi ſubli
mius aliquod:nec omnino cōparādus
es ceteris creaturis. Compacta ⁊ fede
rata ſunt in te caro ⁊ anima:illa plaſ=
mata:hec federata. Sed cuius intereſt
hec commixtio? Cui ve hec vnio pre=
ſtatur? Etenim iuxta ſapientiam filio=
rum huiꝰ ſeculi vbi ſociant̄ ſummis in=
feriora : preualent qui poteſtatem ha=
bent.⁊ humilioribus vtuntur pro libi=
tu ſuo. Conculcat fortior minus fortē.
Irridet ſapiens indoctum: ſimplicem
fallit aſtutus:potens deſpicit imbecil=
lem. Non ſic in opere tuo deus:non ſic
in tua commixtione:non ad hoc ſocia=
ſti ſpiritum limo.ſublimem humili: di=
gnam et excellentem creaturam abie=
cte et inutili maſſe. Quis non videat
fratres quantum corpori preſtat ani=
ma? Nunquid non truncus inſenſibi=
lis eſſet caro ianimata? Ab anima eni
pulcritudo:ab anima incremētum: ab
anima claritas viſus. et ſonus vocis.
Deniq̄ ſenſus oīs ab anima eſt. Et q̄=
dem magna hec coniunctio:ſed ſi ſtabi
lis permanſiſſet. Nunc autem licet di=
uino fuerit munita ſigillo: ad imaginē
quippe et ſimilitudinē ſuā creauit ho=
minē deus. heu diruptū eſt ſigillum: et
vnitas diſſipata. Accedens ille peſſi=
mus latro.recens adhuc ſigillum fre=
git: et ſic mutata ſimilitudine diuina:
comparatus eſt miſer homo iumentis
inſipientibus. et ſimilis factus ē illis.

## ¶ Ca.ij.de rectitudine homi nis. Sup cantica ſermone.xxiiij.

S Ecundum animū. nō ſcd̄m
terrenam ⁊ feculentā mate=
riam deꝰ hoiem fecit rectū:
ad imaginē quippe ⁊ ſimili
tudinē ſuā creauit illū. Ipſe vero quē=
admodū pſallis.rectus dn̄s deꝰ noſter:
et non eſt iniquitas in eo. Rectus itaq̄
deus rectū fecit hoiem ſilēm ſibi.ideſt
ſine iniquitate: ſicut non eſt iniquitas
in eo. Porro iniquitas cordis eſt non
carnis vicium : vt per hoc noueris in
ſpiritali portione tui. ⁊ non in craſſa lu
teaq̄ ſubſtātia:dei ſimilitudinē cōſer=
uandam ſiue reparandā. Spiritus eni
eſt deus ⁊ eos qui volūt ei ſimiles vel
perſeuerare vel fieri: oportet itrare ad
cor. Atq̄ in ſpiritu id negocij actitare:
vbi reuelata facie ſpeculātes gloriam
dei in eādem imaginem transformen=
tur:de claritate in claritatem. tanq̄ a
domini ſpiritu. Quanq̄ et corporis ſta
turam dedit deus homini rectam: for=
ſan vt iſta corporea exterioris vilioris
q̄ rectitudo figmenti. hominē interio=
rem illum. qui ad imaginem dei factꝰ
eſt: ſpiritualis ſue ſeruande rectitudi=
nis ammoneret: et decor limi deformi
tatem argueret animi. Quid enim in=
decentius q̄ curuum recto corpore ge=
rere animum? Peruerſa res ē et fetida:
luteum vas quod eſt corpus de terra
oculos habere ſurſum. celos libere a=
ſpicere: celorumq̄ luminaribus oble=
ctare aſpectus: ſpiritalem vero celeſtē
q̄ creaturam ſuos econtrario oculos
ideſt internos ſenſus atq̄ affectus: tra
here in terram deorſum. et que debuit
nutriri in croceis: herere luto tanq̄ vnā
de ſuibus. amplexariq̄ ſtercora. Ergo
querere et ſapere que ſunt ſuper terrā
curuitas anime eſt : et e regione medi=
tari ac deſiderare que ſurſum ſunt rec=
titudo.

## ¶ Ca.iii. De lapſu primi ho= minis a dignitate ſtatꝰ ſui. Super can= tica.ſermone.xxxv.

H Abitabat homo i paradiſo
et in loco voluptatis cōuer=
ſatio eiꝰ :nihil moleſtie ni=
hil indigentie ſentiebat odoriferis ſti=
patus malis:fulcitus floribus.gloria
et honore coronatꝰ : ⁊ cōſtitutus ſuper
opera manuum plaſmatoris. Magis
autē ob īſigne diuine ſimilitudinis p̄=
cellebat : ⁊ erat illi ſors ac ſocietas cū
plebe angelorum. ⁊ cū omni militia ce
leſtis exercitus. Sed mutauit iſtā glo=
riam dei.in ſimilitudinē vituli comedē
tis fenū. Inde eſt q̄ panis angelorum

factus eſt fenū.poſitū in preſepio: ap=
poſitū nobis tanꝗ̄ iumentis.Cib⁹ ho=
minis mutauit ſe in pabulum pecoris
homine mutato in pecus. Heu triſtis
et lacrimoſa mutatio:vt homo padiſi
accola.terre dn̄s : celi ciuis:domeſtic⁹
dn̄i ſabaoth:frater beatorū ſpirituum
et celeſtiū coheres virtutū repentina
ſe cōuerſione inuenerit:ꝛ propter infir=
mitatem iacentem in ſtabulo: ꝛ ꝑpter
pecorinā ſimilitudinē indigētem feno:
et propter indomitam feritatē alliga
tū preſepio. Agnoſce tn̄ o bos poſſeſſo
rem tuum. Cognoſce pecus.quem nō
cognouiſti homo:adora i ſtabulo quē
fugiebas in paradiſo : honora ꝓſepiū
cui⁹ contempſiſti imperiū: comede fe=
num qui panē ꝛ panem angelicū faſti=
diſti. Sed quenā cauſa inquis tante
deiectionis? Profecto ꝙ homo cum in
honore eſſet non intellexit. Quid nō in=
tellexit? Poſit⁹ in honore nō intellexit
ꝙ lim⁹ eſſet. honoris faſtigio delecta=
tus:hic egregia creatura gregi admix=
ta eſt: hinc beſtiali ſimilitudie dei ſimi
litudo mutata eſt: hinc ſocietas cū iu=
mentis ꝑ conſortio angelorū inita eſt.
Fugienda nobis hec ignorantia : de q̄
tot milia maloꝝ vniuerſo noſtro gene=
ri prouenerunt. Cauenda omnimodis
ne forte ſi adhuc ſine intellectu et poſt
vexationē inuenti fuerim⁹:multa plu=
ra et grauiora priorib⁹ mala inueniāt
nos. Merito quidē ꝙ nec vexatio dede
rit intellectum auditui.

## ¶Ca.iiii.De affinitate aīe cū deo.Super cantica.ſermone.lxxx.

Qual anime et verbo? Mul
tū per oēm modū. Prio q̄dē
ꝙ naturaꝝ tanta cognatio ē
vt hoc imago illa ad imaginē ſit:deide
q̄d cognationem ſimilitudo teſtetur.
Nempe nō ad imaginem tantum ſed
ad ſimilitudinem facta eſt. In quo ſi=
milis ſit queris? Audi de imagine pri⁹
Verbū eſt:veritas eſt:ſapientia eſt:iu=
ſticia eſt:et hec imago.Cui⁹? Juſticie/
ſapientie/ veritatis. Eſt enim imago
hec iuſticia de iuſticia, ſapientia de ſa
pientia. veritas de veritate. quaſi de
lumine lumen:de deo deus. Harū rex
nihil eſt anima q̄m nō eſt imago:eſt tn̄
earundē capax appetenſq;:ꝛ inde for=
taſſis ad imaginē: celſa creatura in ca
pacitate quidem maieſtatis:in appe=
tentia autē rectitudinis inſigne prefe=
rens. Oportet nāq; id q̄d ad imaginē
eſt cū imagine cōuenire:et nō in vacuū
participare nomē imaginis. quemad=
modum nec imago ipſa: ſolo vl' vacuo
nomine vocitatur imago. De eo vero
qui imago eſt ſanctum dauid audiſti
in pſalmis canentem:nunc quidē ma=
gnus dominus noſter et magna virtus
eius: nunc rectus domin⁹ deus noſter
et non eſt iniquitas in eo. ab iſto recto
et magno deo habet imago eius. vt et
ipſa recta ꝛ magna ſit habet anima q̄
ad imaginē eſt. Sed dico. Nil ne ergo
ampli⁹ habet imago ab aīa q̄ ad ima=
ginem eſt. qꝛ et huic magnū rectumq;
aſſignamus? Et plurimū. Hec ad men
ſuram accepit:illa ad equalitatē. An
non plus hoc? Aduerte et aliud. Huic
vtrunq; aut creatio aut dignatio con=
tulit: illi generatio: atq; id magnificē
tius eſſe non dubium eſt. Sed ne hoc
quidem eminentius eſſe quis abnu=
at :quod cum a deo huic.illi et de deo
vtrunq; ſit:id eſt de dei ſubſtantia. Et=
enim ſubſtantialis deo imago ſua. Et
omē quod eidem ſue imagini impar=
tiri videtur ābobus eſt ſubſtātiale nō
accidentale. Adhuc vnum attende: in
quo imago non parū eminet. Magnū
et rectum iſta duo. naturā a ſeſe diſcre
pare q̄s neſciat? In imagine vnū ſunt.
Neq; hoc ſolū vnū ſunt ꝛ cū imagine.
Imagini enim nō modo id rectū eſt eē:
quod magnū eſſe ſed etiā id magnū re=
ctumq; eſſe q̄d eſſe:aīe nō ita:ꝛ magni=
tudo eius et rectitudo ipſi⁹ diuerſe ab
ea diuerſe abinuicem ſunt.

## ¶Ca.v. Q rectitudinē ſuā anima ꝑdere poſſit:magnitudinē vero non. vbi ſupra.

Si vt ſupra docui.eo aīa ma
gna ē q̄ capax eternoꝝ: eo
recta q̄ appetēs ſupnoꝝ: q̄

non querit nec sapit q̄ sursū sūt: sȝ que
super terrā. non plane est recta sed cur
ua: cū tñ ꝑ hmōi magna eē nō desinat:
manēs vtiq; sic eternitatꝫ capax. Ne-
q; eteni illi⁹ aliqñ nō capax erit. etiā si
nūq; capiēs fuerit: vt sit quō scriptū ē
Ueruntamē in imagine ptransit hō. ex
parte tamē: ne si toto priuaret: nō su-
peresset spes salutis. Nā si desinat ma
gna esse ⁊ capax: quippe de capacita-
te estimatur anime magnitudo. Quid
vero sperare possꝫ: cui⁹ capax nō foret?
Itaq; ꝑ magnitudinē quā retētat. etiā
perdita rectitudine. in imagine per-
transit hō vno q̄si claudicās pede. q̄tū
vero ad rectitudinē veluti claudicans
cōturbatur. Et de rectitudine q̄dez ex
his q̄ dicta sunt liquet: q̄ diuersa ⁊ ab
aīa sit. ⁊ ab aīe magnitudine q̄nquidē
ea etiā nō existe. ⁊ aīa manet. ⁊ magna.
Uerū magnitudis aīeq; diuersitas vñ
docebit? Nō eni inde potest vñ rectitu
dinis aīeq; mōstrata ē: cū nō sicut rec-
titudine ita ⁊ magnitudine sua priua-
ri aīa possit. Nō est tñ sua magnitudo
aīa. Nā etsi aīa non inuenit absq; ma-
gnitudine sua: ipsa tñ et extra aīam re
peritur. Queris vbi? In angelis. Inde
quippe angeli vnde aīe magnitudo ꝓ-
bat: ex captu videlicet eternitatis. Qꝫ
si eo cōstitit animā discrepare a recti-
tudine sua. q̄ ea carere possit. quidni
eque liqueat esse diuersā: et a sua ma-
gnitudine quā sibi propriā vendicare
non possit? Cum itaq; nec illa in omni
nec ista in sola sit aīa: patet vtrāq; in-
differēter differre ab ea. Itē nulla for
ma est: id cuius est forma. Est autē ma
gnitudo forma anime: nec enim ideo
nō forma quia iseparabilis est ei. Hoc
siquidem sūt substantiales differentie
omnes: hoc non modo proprie ꝓpria:
sed et ꝓpria q̄dā. Hoc etiā alie inume-
rabiles forme. Nō igit sua magnitudo
aīa: nō magis q̄ sua nigredo coru⁹: q̄
suus cādor nix. q̄ sua risibilitas seu ra
tionabilitas homo: cū tamē nec coruū
sine nigredine. sine cādore niuē. nec ho-
minē q̄ nō ⁊ risibilis sit ⁊ ratiōalis vnq̄
repias. Ita ⁊ aīa ⁊ aīe magnitudo. etsi
inseparabiles: diuerse tñ abinuicē sūt.
Quomodo nō diuerse: cum hec in sub-
iecto. illa subiectū et substantia sit?

## ¶ Ca. vi. De simplicitate aīe

Super cantica. sermone. lxxxi.

a Duertat aīa ex diuine inge
nuitate similitudis. inesse
sibi illā sue substātie natu-
ralē simplicitatē qua hoc est illi esse q̄
viuere: ⁊ si nō q̄ bene. q̄ ve beate viuere
vt sit similitudo nō eq̄litas. Grad⁹ pro-
pinqu⁹: grad⁹ tñ. Neq; eni vn⁹ excellē-
tie paris ve fastigij sūt: hoc habere eē
qō viuere. ⁊ itē habere hoc eē q̄ btē vi-
uere. Ergo si deo ē illud ꝑpter sublimi
tatē: hoc aīe ꝑpter silitudinē (salua q̄-
dē eminētia dei) palā ē affinitas natu
rarū: palā aīe ꝑrogatiua. Et vt qō dr
plan⁹ fiat: soli deo id ē eē qō btm̄ esse.
Atq; hoc primū et purissimū simplex.
Secūdū aūt silē est huic: hoc videlicet
habere eē qō viuere: atq; hoc aīe ē. Ex
hoc etsi inferiori gradu ascēdi pt. non
modo ad bene: sȝ etiā ad btē viuendū:
nō q: vel tūc sit hoc esse qō btm̄ eē illi
qui eo ꝑuenerit q̄tin⁹ ita glietur ꝑ simi
litudine: vt tñ ꝑ disꝑitate habeat sēper
vñ oia ossa ei⁹ dicāt. Dñe q̄s silis tibi?

## ¶ Ca. vii. De gradu aīe quo ꝑcellit cetera viuentia.

Sup cantica sermone. lxxxi.

b On⁹ aīe gradus: ex q̄ ⁊ solo
ad btāȝ ascendit vitā. Sūt
nāq; viuētia ⁊ hoꝝ gñā duo
q̄ sentiūt ⁊ q̄ nō sentiūt. Porro insensibi
libus sēsibilia preferuntur: atq; vtrisq;
vita qua viuitur et sētitur. Nō stabūt
parit i gradu vno vita et viuēs: multo
minus vita et que sunt sine vita. Uita
anima est: viuens quidem: sȝ nō aliū-
de q̄ seipsā: ac ꝑ hoc non tam viuens
q̄ vita: vt proprie de ea loq̄mur. In-
de est q̄ infusa corpori viuificat illud
vt sit corpus de vite presentia: non vi-
ta sed viuens. Unde liquet ne viuo qui-
dem corpori id viuere esse quod esse:
cum esse ⁊ minime viuere possit. Mul-
to min⁹ q̄ vite expiētia sūt: ad hūc gra-
dū assurgent. Sed nec om̄e qō vita dr

vel eſt:cōtinuo valebit pertingere huc. Eſt pecoꝝ:ē ⁊ arboꝝ vita:ſenſu altera vigēs:altera carēs. At neutri tn̄ id eſt eſſe qđ viuere eſt:cū vt q̄dē mltoꝝ opio eſt:aň in elemētis ꝙ̄ vel illa in mēbris vel iſta in ramis extiterint. At ſcđʒ hoc cum deſinūt viuificare ſimul viuere ceſſant: ſed non et eſſe. Nequaꝙ̄ igiť tali vite idem eſſe et viuere eſt:q̄ eſt qñ non viuit. Porro nichil horū quibꝰ non eſt eſſe qđ viuere ſit:ad bene btēꝙ̄ viuēdū qñꝙ̄ ꝓficiet vel emerget:q̄ppe ꝙ neꝙ̄ in hūc inferiorē gradū potuit ꝑuenire. Sola que in iꝑo ſtare cognoſcit anima hoīs in eo dignitatis creata eſt vita a vita: ſimplex a ſimplici: imortalis ab imortali. vt non ſit longe a ſummo gradu. vbi ſcilʒ id eſſe qđ beate viuere eſt. in quo ſolus ſtat btūs et ſolus potens rex regū et dn̄s dn̄antiū. Accepit itaꝙ̄ in ſui cōditiōe aīa:etſi non eſſe:poſſe tn̄ eſſe btā:ſummo perinde gradui ꝙ̄tum licet appropiās non pertingēs tamen: neꝙ̄ eni vel ipſi hoc erit aliqñ hoc eſſe: ꝙ beatam eſſe nec qñ beata erit.

## Capi.viii. De immortalitate anime.vbi ſupra.

Immortalis eſt aīa:⁊ in hoc vbo ſilis q̄dē ſed non eq̄lis. Nam in tn̄ ſupexcellit immortalitas deitatꝭ vt apl's dicat de eo qui ſolus habet imortalitatē. Qđ ego reor pro eo dictū. ꝙ ſolus ſit natura incōmutabilis deꝰ. Vera nāꝙ̄ et integra immortalitas. tam nō recipit mutationem ꝙ̄ nec finem: ꝙ oīs mutatio q̄daʒ mortis imitatio eſt. Om̄e etenim quod mutatur dum de vno ad aliud tranſit eſſe:quodāmodo neceſſe eſt moriať qđ eſt:vt eſſe incipiat qđ non eſt. Qʒ ſi tot mortes quot mutationes:vbi imortalitas eſt? Et huic vanitati ſubiecta eſt ipſa creatura nō volēs ſed ꝑpter eum qui ſubiecit eam in ſpe. Attn̄ immortalis anima eſt. quoniā cum ipſi ſibi vita ſit. ſicut nō eſt quo cadat a ſe:ſic nō eſt quo cadat a vita. Vex cum cōſtet ſuis affectibꝰ mutari eam:agnoſcat ita ſe deo immortalitate ſimilē:vt ſciat ſibi deeſſe nō modicā immortalitatꝭ ꝑtem: ſoli reddens abſolutam perfectaꝙ̄ immortalitatē. apud quē non eſt trāſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio.

## Capi.ix. De libertate anime. vbi ſupra.

Arbitrij libertas ē plane diuinū quoddā prefulgens in aīa tanꝙ̄ gēma in auro. Ex hac nempe ieſt illi inter bonū quidē et malū:necnon inter vitā ⁊ mortē:ſed nichilominus inter lucem et tenebras:et cognitio iudicij. et optio eligendi. Et ſi qua ſunt alia. que ſiliter circa aīe habitū ſeſe e regione reſpicere videātur: nichilominꝰ inter iꝑa cenſorius quidā arbiter is aīe oculꝰ dijudicat ⁊ diſcernit:ſicut arbiter i diſcernēdo. ita in eligēdo liber. Vn̄ et libeꝝ noīať arbitriū: ꝙ liceat vſari in his ꝑ arbitrio volūtatis. Inde hō ad ꝑmerēdū potēs. Om̄e eteni qđ feceris bonū malū vc. qđ q̄dē nō facere libeꝝ fuit:merito ad meritū reputať. Et vt merito laudať. nō is tm̄ qui potuit facere mala ⁊ nō fecit:ſed ⁊ qui potuit nō facere bōa ⁊ fecit:ita malo nō caret merito. tam is q̄ potuit non facere mala et fecit:ꝙ̄ q̄ potuit facere bōa nec fecit. Ubi aūt non eſt libertas: nec meritū. Propťea q̄ ſūt carētia rōe aīalia:nichil merenť. q:ſicut deliberatiōe:ita et libertate carēt. Sēſu aguntť: feruntť impetu:rapiūť appetitu. Neꝙ̄ enim iudiciū hn̄t quo ſe dijudicēt ſiue regāt:ſʒ ne inſtrumentū q̄dē iudicij. id eſt rōem. Inde eſt ꝙ nō iudicanť:q: nō iudicāt. Quanā quippe rōne ab his rō exigať:quā non acceperūt? hanc vim a natura ſolus homo nō patiť:et ideo ſolus inter animātia liber.

## Ca.x. Q homo cum ſit liber tn̄ interueniēte peccato facit ſe ſeruū. Sup can.ſermone.lxxxi.

Interueniēte peccato patiť quādā vim hō.ſʒ a volūtate nō a natura: vt ne ſic quidē ingenita libertate priueť. Qđ eni volūtariū:et liberū. Et quidē pctō factū. vt

corpus qđ corrũpit aggrauet aiam: ſʒ
amore non mole. Nã qꝛ ſurgere aia p ſe
iam nõ põt q̃ p ſe cadẽ potuit. volũtas
in cã eſt: que corrupti corporis viciato ac
vicioſo amore lãgueſcẽs ⁊ iacẽs. amorẽ
iuſticie piter nõ admittit. Ita neſcio q̃
prauo ⁊ miro mõ ipa ſibi volũtas pctõ
q̃dẽ in deterius mutata. neceſſitatẽ fa=
cit: vt nec neceſſitas cũ voluntaria ſit.
excuſare valeat volũtatẽ: nec volũtas
cũ ſit illecta excludẽ neceſſitatẽ. Eſt ei
neceſſitas hec q̃dãmõ voluntaria. Eſt
fauorabilis q̃dã vis pmẽdo blãdiẽs. et
blãdiẽdo pmens. Un̄ ſeſe rea volũtas.
vbi ſemel pctõ cõſenſerit: nec excutere
iam p ſe. nec excuſare tñ vllaten⁹ de rõe
q̃at. Uolũtas eni eſt q̃ ſe cum eẽt libera
ſeruã fecit pcti: pctõ aſſentiẽdo: volũ=
tas nichilomin⁹ eſt. que ſe ſub peccato
tenet volũtarie ſeruiẽdo. Neqꝫ enim non
volens volũtas tenet: volũtas eni eſt.
Ergo quia volẽs ſeruã ſeipſa nõ modo
fecit ſed facit. Ita anima miro quodã
⁊ malo mõ ſub hac voluntaria quadã.
et mala libera neceſſitate ⁊ ancilla te=
netur ⁊ libera. Ancilla ꝑpter neceſſita
tem. libera ꝑpt volũtatẽ. et qđ magis
mirũ magis qꝫ miſerum eſt. eo rea quo
libera: eoqꝫ ancilla quo rea: ac per hoc
eo ancilla quo libera.

**Ca. xi. Qꝫ prima forma aĩe obſcurari poteſt. ſed non exterminari. Super cantica. ſermone. lxxxij.**

n On plane aia natiuã ſe exu=
it formã ſʒ ſupiduit pegrinã
Illa addita nõ iſta pdita ẽ:
⁊ q̃ ſupueĩt obſcurare igenitã potuit: ſʒ
nõ exteriare. Manet i fũdamẽto ꝑſus
incõcuſſa ſimplicitas. ſed mĩme appet
duplicitate opta hũane doloſitat ſi=
mulatõis ypocriſis. Quã incõgrue ſim
plicitati duplicitas admiſcet: qꝫ indi=
gne tali fũdamẽto talis ſtructura ꝯmit
tit. Sʒ pſeuerat nihilomin⁹ in oi aia cũ
originali duplicitate gñalis ſimplici=
tas. vt de collatiõe cõfuſio augeatur.
Perſeuerat eque imortalitas ſʒ fuſca
⁊ tetra: irruẽte tenebroſa corpee mort
caligine. Nã etſi non putat vita: vite tñ
bñficiũ ſuo corpi iam nõ ſufficit vẽdica
re. Quid qđ ne ſuã q̃dẽ ſpiritalẽ dũta=
xat vitã retinet ſibi. Aia nẽpe q̃ pecca=
uerit: ipa morietur. Nõne morte iſta du=
plici icurſãte. illa q̃liſcũqꝫ imortalitas
quã retẽtat tenebroſa ſat reddit ⁊ mi=
ſella. Adde qꝛ appetẽtia trenor. q̃ q̃dẽ
oia ad intitũ ſũt. dẽſat tenebras: ita vt
aia ſic viuẽte. nil a pte aliq̃ niſi palli=
da facies. ⁊ imago q̃dã mortis appere
cernat. Cur nõ eni q̃ imortalis eſt. ſilia
ſibi imortalia appetit ⁊ etna. vt qđ eſt
appeat. ⁊ qđ facta ẽ viuat. Ceter ꝯria
ſapit ⁊ q̃rit: ⁊ mortalibus ſeſe degeneri
ꝯuerſatiõe ꝯformãs: imortalitat can=
dorẽ q̃dã mortifere ꝯſuetudis piceo co
lore denigrat. q̃dni mortaliũ appetit⁹
immortalẽ mortali ſiteʒ. imortali diſ=
ſiteʒ faciat: fruẽdo mortalib⁹ mortali
tatẽ ſe iduit: ⁊ veſtẽ imortalitat icidẽ=
te mort ſilitudie decolorauit nõ exuit.

**Ca. xii. Qꝫ libertas etiam aĩe deturpari põt. ſʒ nõ deſtrui. vbi ſupra.**

q Uod delectat hr̃e: id etiam
pdere timet aia. et timor co=
lor ẽ. Is libertatẽ dũ tingit
tegit: et eã nichilomin⁹ ſibimet reddit
diſſilẽm. Quã digni⁹ ſua origine nichil
cupet vt nichil metueret. ac per hoc a
ſeruili timore iſto ingenitã ſibi defende
ret libertatẽ: manẽtẽ in vigore ⁊ decore
ſuo. Sed ⁊ volũtaria illa neceſſitas. et
ꝯtraria lex iflicta mẽbris eidẽ incubat
libtati. ⁊ liberã natura creaturã ꝑpriã
ipſi⁹ volũtatẽ dũ allicit. ſubicit ſuituti
implens faciẽ ei⁹ ignominia. ita vt vel
carne ſuiat legi pcti ⁊ nõ volẽs. Quia ſꝫ
nature igenuitatẽ morũ ꝓbitate defen
ſare neglexit: ex iuſto auctoris iudicio
factũ eſt: nõ q̃dẽ vt libtate ꝓpa nudare
tur: ſʒ tñ ſupinduere ſicut dyploide cõ
fuſione ſua. Et bñ ſicut dyploide. vbi
veſte veluti duplicata manẽte liberta=
te ꝑpter volũtatẽ: ſeruilis nichilomi=
nus cõuerſatio neceſſitatẽ probat. Hoc
de ſimplicitate. hoc de immortalitate
aie aduertere eſt: ⁊ nil tibi in ea ſi bene
cõſideres appebit. qđ nõ ſit iſtiuſmodi
ſimilitudinis pariter et diſſimilitudis

dyploide adopertum. An nō dyploys vbi nō innata ſed affixa: et quadā q̄ſi acu pcti aſſuta eſt ſimplicitati fraus: immortalitati mors. neceſſitas liberta ti? Neq̄ʒ eni eſſentie ſimplicitati p̄ſcri bit duplicitas cordis. nō nature imor talitati mors. aut voluntaria pcti aut neceſſaria corpis nō arbitrij libertati neceſſitas volūtarie ſeruitutis. Ita bo nis nature mala aduenticia. dum non ſuccedūt ſed accedunt: turpāt vtiq̄ʒ ea nō extermināt. cōturbāt non detrahūt. Inde aia diſſil'is ē deo. inde diſſimilis eſt ⁊ ſibi. inde cōparata iumētꝫ inſipiē tibus. et ſil'is facta ē illis. Inde homi nes tāq̄ʒ vulpes duplicitatꝫ et fraudis foueā habēt. et quia pares vulpium ſe fecerūt: partes vulpium erūt.

## Ca. xiii. De fiducia quā ha bet aia ad deū. Sup can. ſer. lxxxij.

Non eſt apud vbū ocioſa aie generoſa cognatio: ⁊ cogna tiōis teſtis ſil'itudo perſeue rans. Dignanter admittit in ſocietatē ſpūs ſil'eʒ in natura. Et certe de rōe na ture. ſil'is ſil'eʒ q̄rit. ſup can. ſer. lxxxiij. Quid eni nō tute p̄ſumat apud eū. cui⁹ ſe inſignē cernit imagine. illuſtrē ſil'itu dine nouit? Quid inq̄ʒ vereat̄ de maie ſtate: cui de origie fiducia dat̄? Tm̄ eſt vt curet nature igenuitatē: vite hone ſtate ſeruare. imo celeſte decus qd ſibi originalit̄ ineſt: dignis q̄buſdā ſtudeat morū affectuū q̄ʒ venuſtare et colorare colorib⁹. Ut q̄d eni dormitet iduſtria? Grāde pfecto i nobis donū nature ip̄a eſt. Que ſi minus ſuas exequat̄ partes nōne qd reliquū natura habet i nobis totū turbabit̄: totū quaſi q̄dā vetuſt a tis operiet̄ rubigine. Id quidē iniuria auctori. Et vtiq̄ʒ ad hoc auctor ip̄e de⁹ diuine generoſitatꝫ induſtriā perpetuo voluit in aia cōſeruari: vt ſp hec in ſeſe ex verbo habeat quo āmoneat̄ ſp: aut ſtare cū vbo aut redire. ſi mota fuerit. Aie vero reditus. cōuerſio eius ad vbū reformāde per ipſum. cōformāde ipſi. In quo? In caritate. Talis cōformi tas maritat aiam cum verbo. cum cui videlicet ſimilis eſt per naturam: ſil'eʒ nichilomin⁹ ipſi ſe exhibet per volūta tem. diligens ſicut dilecta eſt. Ergo ſi perfecte diligit nupſit. Quid hac con formitate iocundius. quid optabilius caritate: qua fit vt hūano magiſterio non cōtenta. per temet o aia fiducialit̄ accedas ad verbum. verbo conſtanter inhereas. vbū familiariter pcuncteris cōſulteſq̄ʒ de omni re. quātū intellectu capax. tātū audax deſiderio. Uere ſpi ritalis ſancti q̄ʒ cōnubij cōtractus eſt iſte. Parꝫ dixi cōtractus: cōplexus eſt. Cōplexus plane vbi idē velle ⁊ nolle. idem vnum facit ſpiritū e duobus.

## Ca. xiiii. De incremēto aie Super cantica. ſermone. xxvij.

Neceſſe ē aiam creſcere ac di latari. vt ſit capax dei. Por ro latitudo ei⁹ dilectio ei⁹. Nam et aia mime cum ſit ſpūs corpo reā recipit quātitatē: tn̄ cōfert illi gr̄a qd negatū eſt a natura. Creſcit quidē et extendit̄: ſed ſpiritalit̄. Creſcit nō in ſubſtātia: ſed in vtute. Creſcit ⁊ in gl'ia. Creſcit deniq̄ʒ ⁊ proficit in virū pfectū: in menſurā etatis plenitudinis chriſti Creſcit etiā in tēplū ſcm̄ in dn̄o. Ergo quātitas cuiuſcūq̄ʒ aie eſtimet̄ de mē ſura caritatis quā habet. vt verbi gr̄a que multū habet caritatꝫ magna eſt. que parꝫ parua. q̄ vero nichil: nichil. Ergo exēplo illius q̄ ſurſum eſt. mater nr̄a: hec q̄ʒ que peregrinat̄ habet ce los ſuos: hoies ſpiritales. vita ⁊ opini one cōſpicuos: fide puros: ſpe firmos: latos caritate: cōtēplatiōe ſuſpēſos. Et hi pluētes pluuiā verbi ſalutarē: tonāt increpatiōibus. coruſcāt miraculis. hi enarrāt gl'iaꝫ dei. hi extēti ſicut pelles ſup oēm terrā: legē vite ⁊ diſcipline di gito q̄dē dei ſcriptā. oſtendūt in ſemet ipſis. ad dandā ſciam ſalutꝫ plebi ei⁹.

## Ca. xv. Q'r tēperatur nobis gr̄a dei. Sup pſalmū. qui hitat. ſer. iiij

Sicut ſol iſte corporeus licet bon⁹ ſit ⁊ valde neceſſarius: tn̄ ⁊ feruor ſi tēperatus non

fuerit:infirmoꝰ capiti.et ſplēdoꝛ īfirmis oculis nocet:nec eſt ſolis culpa.ſed infirmitatis:ſic etiā ſol iuſticie eſt. Unde et dicitur: noli nimium eſſe iuſtus. Nō ꝗ iuſticia bona nō ſit.ſed qꝛ dum adhuc infirmi ſumꝰ:opoꝛtet ipſa; nobis bonā grām temperari.ne foꝛte elatiōis aut indiſcretiōis viciū incurramus. Quid eni eſt ꝙ iceſſanter oꝛātes ſupplicātes ꝗ:non poſſumꝰ ad eam quā deſideramus abūdantiā grē ꝑuenire? Putatis quia auarus aut inops factꝰ eſt deus. impotens aut inexoꝛabilis. Abſit hoc proꝛſus abſit:ſ; ipſe cognouit figmētū nrm. Nō tñ ꝓpterea a petitiōe ceſſandū eſt.qꝛ etſi non dat ad ſatietatē:dat ad ſuſtētatiōem.etſi cauet nobis a feruoꝛe nimio:tñ fouet nos tanꝗ mater caloꝛe ſuo. Sicut enim vidēs venientem accipitrem mater expandit alas ſuas vt pulli ſubeāt ⁊ habeāt tutū refugiū. ſic nobis parata et quodāmodo dilatato ſinu.extenſa eſt ſumma illa ⁊ ineffabilis pietas dei noſtri.

¶ Ca.xvi. De ſacramēto baptiſmi. In ſmone In cena domini.qui ſic incipit Hi ſunt dies.

NOn eſt magnū eſſe humilē in ab-iectiōe magna prorſus ⁊ rara vir-tus hūilitas honorata. Si me miſerū homūtionē meis decepta ſimulationi-bus ad aliquē vel mediocrē honorem prouexerit eccleſia: deo nimiꝝ hoc vel ꝓpter mea vł ſubditoꝝ pctā ꝑ mittēte: nōne ſtatim oblitus qui ſ uerim: talem me puto qualis ab hoibus qui cor nō vidēt putatꝰ ſum? Credo fame. ꝯſciam nō attēdo. et reputās nō honorē virtu-tibus ſed virtutes honori: eo ſanctiorē quo ſuperiorē me eſtimo. Uideas ple-roſqꝫ in eccłia de ignobilibus nobiles. de paupibꝰ diuites factos ſubito intu-meſcere: priſtine obliuiſci abiectionis. genus quoqꝫ ſuū erubeſcere: ⁊ infimos dedignari parētes. Uideas et homies pecunioſos ad honores quoſqꝫ eccłia-ſticos ꝑuolare: moxqꝫ ſibi applaudere ſanctitatē. veſtiū dūtaxat mutatōe: nō mētiū. et dignos ſe eſtimare dignitate: ad quā ambiendo peruenerūt. qđ qꝫ ſi audeo dicere adepti ſunt nūmis: attri-buere meritꝭ. Omitto aūt de his quos excecat ambitio. et honor ipe ſupbiēdi eis materia eſt. Sed video (qđ magis doleo) poſt ſpretā ſeculi pompam nō-nullos in ſchola hūilitatꝭ ſuperbiam magis addiſcere: ac ſub alis mitis hu-milisqꝫ mgr̄i grauius inſoleſcere: ⁊ im-patientes amplius fieri in clauſtro ꝗ̄ fuiſſent in ſeculo. Quodqꝫ magis per-uerſum eſt: pleriqꝫ in domo dei non pa-tiūtur haberi contēptui: qui in ſua nō niſi cōtēptibiles eſſe potuerūt. vt quia videlicet vbi a pluribus honores ap-petunt̄: ipſi locū habere nō meruerūt: ſaltem ibi honorabiles videantur: vbi ab omnibus honores ꝯtēnunt̄. Uideo et alios qđ nō ſine dolore videri debet poſt aggreſſam chriſti militiam rurſus ſecularibus implicari negocijs: rurſus terrenis cupiditatibus immergi. cum magna cura erigere muros ⁊ negligere mores. ſub pretextu quoqꝫ communis vtilitatis verba vendere diuitibus et matronis ſalutatiōes. cōcupiſcere ali-ena: ⁊ ſua cū lite repetere. Ita ne mun-dum ſibi ⁊ ſe mūdo crucifixerūt. vt qui antea vix in ſuo vico vel opido cogniti fuerāt: modo circūeūtes prouincias/ et curias frequentātes: regū noticias/ principū familiaritates/ aſſecuti ſunt. Nec aliūde hec omnia mala cōtingūt niſi ꝙ illā qua ſcłm deſeruimꝰ hūilita-tem deſerentes: dum per hoc cogitant inepta denuo ſectari ſtudia ſeculariū: canes efficimur reuertētes ad vomitū.

## ¶ Ca. xiiij. De intemperātia mōachoꝝ In libro Apologetico. alias in libro beati Bernardi qui intitulat̄ de cōcordātia ſtatuū religioſorum qui pro tempore ſuo erant.

NUllus ordo quippiā recipit inor-dinatū. Qđ vero inordinatū eſt: ordo nō eſt. Unde nō aduerſum ordinē ſed pro ordine diſputare putādus ero: ſi nō ordinem in hominibus: ſed hoim vicia reprehendo. Dicitur et veraciter

creditur ſanctos patres monachorum vitam inſtituiſſe. et vt in ea plures ſaluarentur: vſqꝫ ad infirmos regule temperaſſe rigorem: nō regulā deſtruxiſſe. Abſit aūt vt credā tantas eos quātas videmus in pleriſqꝫ monaſterijs vanitates ac ſuperfluitates precepiſſe vel conceſſiſſe. Miror etenī vnde inter monachos tanta intemperātia in comeſſationibus ⁊ potationibus: in veſtimētis ⁊ lectiſternijs: ⁊ equitaturis: ⁊ conſtituendis edificijs inoleſcere potuit. quatinus vbi hec ſtudioſius/voluptuoſius/atqꝫ effuſius fiūt: ibi ordo meli⁹ teneri dicaꝛ: ibi maior putetur religio. Ecce enī parcitas putatur auaricia. ſobrietas auſteritas creditur. ſiletium triſticia reputatur. Ecōtra remiſſio diſcretio dicitꝛ. effuſio liberalitas. loquacitas/affabilitas/cachinnatio/iocunditas/mollicies veſtimētoꝝ/⁊ equoꝝ faſtus honeſtas. lectorum ſuperfluus cultus/mundicia. Cūqꝫ hoc alterutrū impendimus caritas appellatur. Iſta caritas deſtruit caritatem. Hec diſcretio diſcretiōem confundit. Talis miſericordia crudelitate plena eſt: qua videlicet ita corpori ſeruitur: vt anima iuguletꝛ. Que etenī caritas eſt et carnē diligere: et negligere ſpiritū? Que vero diſcretio totum dare corpori: et anime nichil? Qualis vero miſericordia ancillā reficere: ⁊ dn̄am interficere? Nemo pro huiuſmōi miſericordia ſperet ſe cōſeq̄ miſericordiā: que miſericordibus promittitꝛ. Inordinata ꝑfecto atqꝫ irrationabilis miſericordia eſt ſterilis ⁊ infructuoſe carnis adimplendis inuigilare deſiderijs. Bona mia miſerere aīe tue. nec potes non mereri miam: qua fit vt placeas deo. Alias autem non eſt mia ſicut iam dixi. ſ3 crudelitas. nō eſt caritas ſed iniquitas. non eſt diſcretio ſed confuſio: inutilis carnis cōcupiſcētijs inſeruire: et anime excolēdis virtutib⁹ nullā operā dare. Sub hac tn̄ abuſiōe iam fere vbiqꝫ ſic pro ordine tenetꝛ: fere iam ita ab oībus ſine q̄rela atqꝫ irrephenſibiliter obſeruatꝛ quāqꝫ diſſimilitꝛ. Nōnulli quippe his omībus tanqꝫ nō vtētes vtuntur. et ideo aut cum nulla offenſa aut cum mīma. Aliquāti q̄ppe hec agunt ex ſimplicitate: aliquāti ex caritate: aliq̄nti ex neceſſitate. Quidā nāqꝫ ſimpliciter iſta tenent. q̄m ſic eis precipitur. parati aliter agere ſi aliter preciperetꝛ. Quidā autē ne diſcorditer ab eis viuāt cum quib⁹ habitāt: ſectātes in his non ſuam libidinē: ſed alioꝝ pacē. Alij vero quia reſiſtere nō valent multitudini ꝯtradicētiū: qui hec vtiqꝫ tanqꝫ pro ordīe libera voce defendūt. et quotiēs iſti aliqua ꝓut ratio dictat/reſtrīgere vel mutare incipiūt: illi mox tota auctoritate reſiſtunt.

## ¶ Ca. xv. De delicatis cibis monachorum. vbi ſupra.

Quis in principio cū ordo incepit monaſticus ad tantam crederet monachos inertiam deuenire? O q̄ntū diſtam⁹ ab his: qui in diebus anthonij extitere monachi. Siquidē illi cum ſe inuicem per tempus ex caritate reuiſerent: tāta abinuicem auiditate panem animaꝝ percipiebāt: vt corporis cibū penitus obliti: diem pleruqꝫ totū ieiunis ventribus: ſed nō mētibus trāſigerent. Et hic erat rectus ordo: quando digniori parti prius īſeruiebatur. Hec ſūma diſcretio. cum amplius ſumebat que maior erat. Hec deniqꝫ vera caritas: vbi anime (quaꝝ caritate chriſtus mortu⁹ eſt) tāta ſolicitudine refocillabātur. Nobis autem cōuenientibus in vnum (vt verbis apoſtoli vtar) iam non eſt dn̄icam cenam māducare. Panem quippe celeſtē nemo qui req̄rat. nemo qui tribuat. Nihil de ſcripturis nihil de ſalute agitur aiaꝝ. ſed nuge et riſus et verba proferūtur in ventum. Inter prandendum q̄ntum fauces dapibus: tm̄ aures paſcuntꝛ rumoribus. quibus tot⁹ intentus: modū neſcias in edēdo. Interim aūt fercula ferculis apponuntur. et pro ſolis carnibus a quib⁹ abſtinetur: grādia piſciū corpa duplicantꝛ. Cūqꝫ priorib⁹ fueris ſatiatus: ſi ſcdos attigeris: videberꝭ tibi necdū guſtaſſe priores. Tāta q̄ppe accuratiōe ⁊ arte

coquoꝝ cūcta apparātur: q̄tin⁹ quat-
tuor aut quinq; ferculis deuoratis/ pria
non impediant nouiſſima: nec ſatietas
minuat appetitū. Palatū quippe dū
nouellis ſeducit̄ cōdimētis: paulatim
diſſueſcūt cognita: ⁊ ad ſucos extrane-
os veluti adhuc ieiunū auide renouat̄
in deſideria. Uenter q̄dē dū neſcit one-
ratur: ſꝫ varietas tollit faſtidiū. Quia
enim puras vt eas natura creauit epu
las faſtidim⁹: dū alia alijs multifarie
permiſcētur: ⁊ ſpretis naturalib⁹ quos
deus indidit reb⁹: quibuſdā adulteri-
nis gula ꝓuocat̄ ſaporib⁹: trāſitur ni-
mirū meta neceſſitatis: ſed necdū dele
ctatio ſuperat̄. Quis enī dicere ſufficit
q̄t mōis (vt cetera taceā) ſola oua ver-
ſant̄ ⁊ vexant̄: q̄nto ſtudio euertuntur/
ſubuertunt̄/ liq̄nt̄/ durant̄/ diminuūt̄:
et nūc q̄dem frixa/ nūc aſſa/ nūc farſa/
nūc mixtim: nūc ſigillatim apponunt̄?
Ut q̄d autē hec oīa: niſi vt ſoli faſtidio
cōſulat̄? Ipſa deinde q̄litas rerū talis
deforis apparere curat̄: vt non minus
aſpect⁹ q̄ guſtus delectet̄. vt cū iā ſto-
machus crebris ructibus repletum ſe
indicet: necdū tamē curioſitas ſatiat̄.
Sed dum oculi colorib⁹/ palatū ſapo-
ribus/ illiciunt̄: infelix ſtomachus cui
nec colores lucēt/ nec ſapores demul-
cent: dū oīa ſuſcipere cogitur/ oppreſ-
ſus magis obruit̄ q̄ reficitur.

## ¶ Capi. xvj. De nimio potu.

In libro Apologetico. vbi ſupra.

IAm vo de aque potu quid dicam
q̄n ne vllo q̄dē pacto vinū lipha-
tum admittit̄? Oēs nimiꝝ ex q̄ mona-
chi ſum⁹: īfirmos ſtomachos habem⁹:
et tā neceſſariū apl'i de vtēdo vino cō-
ſiliū merito nō negligimus: modico tñ
(qd ille ꝑmiſit) neſcio cur ꝑtermiſſo. Et
vtinā vel ſolo tūc cū etiā purū eſt: ꝯtēti
eſſem⁹. Pudet dicere: ſꝫ magis pudeat
actitari. Et ſi pudet audiri: non pude-
at emendari. Uideas vno in ꝑ̄ndio ter
vl' q̄ter ſemiplenū calicē reportari. q̄ti-
nus diuerſis vinis magis odoratis/ q̄
potatis: nec tā hauſtis q̄ attactis: ſa-
gaci ꝓbatione ⁊ celeri cognitione: vnū
tandē e pluribus qd fortius eſt eligat̄.
Quale eſt autē illud qd nōnulla mona
ſteria ex more obſeruare dicūtur: i ma
gnis videlicꝫ feſtis vina delibuta mel-
le pigmētorum reſperſa pulueribus: in
conuentu bibere? Nūquid et hoc fieri
dicemus propter infirmitatem ſtoma-
chi? Ego vero ad nihil aliud valere vi-
deo: niſi vt vel amplius bibat̄ vel de-
lectabilius. Sed cum vene vino fuerint
ingurgitate: toto in capite palpitātes:
ſic ſurgēti a mēſa quid aliud libet niſi
dormire? Si autem ad vigilias indige-
ſtum ſurgere cogis: non cantū ſed plan
ctū potius extorquebis. Cum vero ad
lectum deuenero: requiſitus incommo-
dum plango. non crapule peccatū: ſed
ſed ꝙ manducare nō queo.

## ¶ Ca. xvij. De precioſo habi-tu.

In expoſitione ſup miſſus eſt. Ome-
lia quarta.

QUid de iñō habitu dicam: in quo
iam nō calor/ ſed color requirit̄:
magis q̄ cultui veſtium q̄ virtutū inſi-
ſtitur? Pudet dicere. Uincuntur in ſuo
ſtudio muliercule. cū a monachis pre-
ciū affectatur in veſtib⁹ nō neceſſitas:
nec ſaltē forma religiōis retenta in ha
bitu: ornari nō amari appetūt milites
xp̄i. qui dū ſe ꝑparare ad preliū et con-
tra aereas poteſtates pretēdere paup-
tatis inſigne debuerāt qd vtiq; aduer-
ſarij valde formidant: in mollicie veſti-
mentorū pacis potius preferētes indi
cium: vltro ſe hoſtib⁹ ſine ſanguine tra
dunt inermes. De cōcordia [illegible] re-
ligioſoꝝ. Querit̄ ad induendum nō qd
vtili⁹: ſed qd ſubtilius inuenit̄. non qd
repellat frigus: ſed quod ſuperbire cō-
pellat. nō deniq; iuxta regulā quod vi-
lius cōparari poteſt: ſed qd venuſtius
imo vani⁹ oſtētari. Heu me miſerꝝ q̄lē-
cūq; monachū. cur adhuc viuo videre
ad id deueniſſe ordinē noſtrū: ordinem
ſcilicet q̄ primus fuit in eccleſia imo a
quo cepit eccleſia: q̄ null⁹ in terra ſīlior
angelicis ordinib⁹: nullus vicinior ei q̄
in celis eſt hirl'm mat̄ nr̄a. ſiue ob de-
corē caſtitatis: ſiue ꝓpter caritatis ar-

rore. cui⁹ apli institutores: cuius hi q̄s paul⁹ tā ſepe ſcōs apellat/ichoatores extiterūt. Fuſi ſum⁹ nūc exterius: et de regno dei q̄d intra nos eſt eiecti relictꝫ verꝫ ac perēnib⁹ bonis. foris q̄rim⁹ vanā ꝯſolationē: ⁊ de vanitatib⁹ ⁊ iſanijs falſis: ac iā religiōis antiq̄ nō ſolū virtutē amiſim⁹: ſed nec ſpēm retinemus. Ecce eni ipſe habit⁹ noſter (q̄d ⁊ dolēs dico) q̄ hūilitatis ſolebat eſſe inſigne: a monachis nr̄i tp̄is in ſignū geſtatur ſupbie. Vix iam in nr̄is pꝛuicijs inuenimus: q̄ veſtiri dignemur. Miles et monachus ex eodē pāno partiunt̄ ſibi cucullā ⁊ clamidē. Quiuis de ſclo q̄ntūlibet honorat⁹: etiam ſi rex/ſi imperator ille fuerit: nō tn̄ noſtra horrebit indumēta: ſi ſuo ſibi modo pparata fuerint et aptata. Vanū cor vanitatis notam ingerit corpori: ⁊ exterior ſupfluitas interioris vanitatis indiciū eſt. Mollia indumēta animi molliciē indicāt. Non tanto curaret̄ corpis c[illegible]: niſi prius neglecta fuiſſet mēs [illegible] virtutib⁹.

## Ca. xviij. De ſuperbis religioſis. In libro Apologetico.

VE ſemel. et ve iterū pauperibus ſuperbis. Ve inq̄ ſemel. et ve iterum portantibus crucē chriſti: et non ſequentibus chriſtū. qui nimirū cuius paſſionibus participant̄ humilitatem ſectari negligunt. Duplici quippe cōtritione cōteruntur qui eiuſmodi ſunt: q̄ñ et hic pro temporali gloria temporaliter ſe affligunt: et in futuro pro interna ſupbia ad eterna ſupplicia pertrahuntur. Laborant cum chriſto: ſed cum chriſto nō regnāt. Sequūtur chriſtum in pauptate ſua: ſed in gloria non conſequūtur. De torrēte in via bibūt: ſed nō exaltabūt caput in patria. Lugent nūc: ſed tunc non conſolabuntur. Et merito. Quid enim facit ſuperbia ſub pānis humilitatis ieſu? Nūquid non habet quo ſe palliet humana malicia: niſi vnde inuoluta eſt infantia ſaluatoris? Et quomodo intra preſepiū dn̄i ſimulatrix arrogantia ſe coartat: ac pro vagitibus innocētie malū imbi detractionis immurmurat? An non illi ſuperbiſſimi de pſalmo quorū prodijt ex adipe iniquitas eorū. multo tutius operti ſūt iniquitate et impietate ſua: q̄ꝫ nos latentes ſub ſanctitate aliena? Quis enim magis impi⁹: an profitens impietatē: an mentiens ſanctitatem? Nonne qui etiam mendatiū addens: geminat impietatem?

## Ca. xix. De negligētia abbatum. vbi ſupra.

MIror cum regula dicat ad magiſtrum reſpicere quicquid a diſcipulis delinq̄tur: ⁊ dn̄s p ꝓpham ſanguinē in pctō morietiū de manu paſtoris requirēdū eſſe minet̄: quō abbates nr̄i talia fieri patiāt̄: niſi forte ſi audeā dicere. nemo fidēter reprehēdit: in quo ſe eē irreprehēſibilē nō ꝯfidit. Siquidē hūanitatis eſt oim̄: in quibus ſibi q̄ſq̄ indulget: alijs non vehementer iraſci. Dicam dicā: preſūptuoſus dicar: ſed verū dicā. Quō lux mūdi obtenebrata eſt? Quō ſal terre infatuatū eſt? Quorū nobis vita via vite debuit eſſe: dū exēplū in ſuis actib⁹ oſtēdunt ſupbie: ceci facti ſūt duces cecorū. Q̄d eni vt cetera taceā ſpecimē hūilitatis eſt: cū tāta pōpa et equitatu incedere: tātis hoīm crinitorū ſtipari obſequijs: quatinus duobus ep̄is vnius abbatis ſufficiat multitudo? Mētior ſi nō vidi abbatē ſeptuaginta equos: ⁊ eo ampli⁹ in ſuo ducere comitatu. Dicas ſi videas trāſeuntes nō patres eſſe monaſteriorū: ſꝫ dn̄os caſtellorū. nō rectores aiarū: ſed principes ꝓuinciarū. Tum deinde geſtari iubent mapule. ciphi. bacini. candelabra: et mantice ſuffracinate. non ſtramētis: ſed ornamētis lectulorum. Vix deniq̄ quattuor leucis a ſua quiſpiam domo recedit: niſi cū tanta ſupellectili ſua. tanq̄ꝫ ſit vl̄ iturus ad exercitū: vel tranſiturus per deſertum: vbi nō valeant inueniri neceſſaria.

## Ca. xx. De ornamentis monaſteriorum. vbi ſupra.

OMitto oratoriorū immenſas altitudines: imoderatas lōgitudies:

ſuperuacuas latitudīes: ſumptuoſas
depolitiões: curioſas depictiões. q̄ dū
in ſe orātium retorquēt aſpectū: impe-
diunt ⁊ affectū. ⁊ mihi quodāmodo re-
preſentāt antiquū ritū iudeoꝝ. ſ₃ eſto.
fiant hec ad honorē dei. Illud autē in-
terrogo monachus monachos: qđ in
gētilibus gētilis arguebat. Dicite ait
ille pontifices: in ſācto quid facit auꝝ?
Ego autē dico. Dicite pauperes. Non
enim attendo verſū: ſed ſenſum. Dicite
inq̄ pauperes. ſi tñ pauperes. in ſācto
quid facit aurū? Et quidē alia cauſa ē
ep̄oꝝ: alia monachoꝝ. Scimus nāqꝫ
qꝫ illi ſapientibus et inſipientibꝰ debi-
tores cum ſint: carnalis populi deuo-
tionem (qꝛ ſpūalibus nō pñt) corpora-
libus excitant ornamentis. Nos vero
qui iam de populo exiuimus: q̄ mundi
queqꝫ precioſa ac ſpecioſa pro chriſto
reliquimus: q̄ omnia pulcre lucentia:
canore mulcentia: ſuaue olētia: dulce
ſapiētia: tactu placētia: cūcta deniqꝫ
oblectamēta corporea / arbitrati ſumꝰ
vt ſtercora vt xp̄m lucrifaciamꝰ: quoꝝ
queſo in his deuotionē excitare inten-
dimus? Quē inq̄ ex his fructū requiri
mus: ſtultoꝝ āmirationē / an ſimpliciū
oblationē? An q̄m cōmixti ſumus inter
gentes forte didicimus opera eorum: ⁊
ſeruimus adhuc ſculptilibus eorū? Et
(vt apte loquar) an hoc totū facit aua-
ricia qđ eſt idolorū ſeruitus. et nō req̄-
rimus fructū ſ₃ datū? S₃ queris quō?
Miro inq̄ mō. Tali quadā arte ſpar-
gitur es vt multiplicetur. Expanditur
vt augeatur: ⁊ effuſio copiā parit. Ipſo
quippe viſu ſumptuoſarū ſed mirāda-
rum vanitatum accenduntur homines
magis ad offerendū q̄ ad orādū. Sic
opes opibus hauriuntur: ſic pecunia
pecuniam trahit. qꝛ neſcio quo pacto
vbi ampliꝰ diuitiarū cernitur ibi offer-
tur libentius. Auro tectis reliquūs ſi-
gnātur. oculi ⁊ loculi aperiunt. Oſten-
ditur pulcerrima forma ſancti vel ſan-
cte alicuius: ⁊ eo creditur ſanctior quo
coloratior. Currūt homies ad oſculā-
dum: inuitātur ad donandū. et magis
mirantur pulcra: q̄ venerentur ſacra.
Ponūtur dehic in eccleſia gēmate non
corōe ſed rote circūſepte lampadibus
ſed non minus fulgentes inſertis lapi-
dibus. Cernimus pro candelabris ar-
bores quaſdā erectas multo eris pon-
dere: miro artificis opere fabricatas:
nec magis coruſcantes ſuppoſitis lu-
cernis q̄ ſuis gēmis. Quid putas i his
omnibꝰ queritur: penitētiū cōpunctio /
an intuentium ammiratio?

¶ Ca. xxi. de ſculpturis ⁊ pic-
turis que ſunt in monaſterijs. In libro
Apologetico.

O Uanitas vanitatum. ſed non va-
nior q̄ inſanior. fulget eccleſia in
parietibus: ⁊ in pauperibꝰ eget. Suos
lapides induit auro: et ſuos filios nu-
dos deſerit. De ſūptibus egenoꝝ: ſer-
uitur oculis diuitū. Inueniūt curioſi q̄
delectentur: ⁊ non inueniūt miſeri quo
ſuſtentētur. Ut quid ſaltē ſctoꝝ imagi-
nes nō reue[illegible]r: quibus vtiqꝫ ipſum
qđ pedibus [illegible] ſcatet pauimē-
tum? Sepe ſpuit̄ in ore angeli. ſepe ali-
cuius ſāctoꝝ facies: calcibus tūditur
tranſeuntiū. Et ſi nō ſacris imaginibꝰ:
cur vel non parcit̄ pulcris coloribus?
Cur decoras qđ mox fedandū eſt? Cur
depingis qđ neceſſe ē cōculcari? Quid
ibi valent venuſte forme: vbi puluere
maculantur aſſidue? Deniqꝫ quid hec
ad pauperes / ad monachos / ad ſpūa-
les viros? Niſi forte ⁊ hic aduerſꝰ me-
moratū iam verſiculū ꝓpheticus ille
reſpōdeatur. Dñe dilexi dec[illegible] domꝰ
tue: et locum habitationis glorie tue.
Aſſentio. Patiamur ⁊ hec fieri in eccle-
ſia. qꝛ etſi noxia ſunt vanis et auaris:
non tamē ſimplicibus et deuotis. Ce-
terū in clauſtris corā legentibꝰ fratribꝰ
quid facit illa ridiculoſa monſtruoſi-
tas: mira q̄dam deformis formoſitas
et formoſa deformitas? Quid ibi imū-
de ſimie: quid feri leones: qđ mōſtruoſi
cētauri: quid ſemihoīes: qđ maculoſe
tigrides: qđ milites pugnantes: qđ ve-
natores tubicinātes? Uideas ſub vno
capite multa corpora: et rurſus in vno
corpore capita multa. Cernitur hinc

in quadrupede cauda ſerpẽtis: illic in piſce caput q̃druped. Ibi beſtia p̃fert equũ. caprã trahẽs retro dimidiã. Hic cornutũ aial equũ geſtat poſteri⁹. Tã multa deniq; tamq; mira diuerſarum formarum apparet vbiq; varietas: vt magis legere libeat in marmorib⁹ q̃ in codicibus. totumq; diem occupare: ſingula iſta mirando: q̃ in lege dei meditando.

¶ Ca. xxij. De aduocatis. In primo libro de conſideratione.

Diſputationes aduocatorũ ⁊ pugne verborũ: magis ad ſubuerſionẽ q̃ ad inuentionem proficiunt veritatis. Hi ſunt qui docuerunt linguas ſuas loqui mẽdaciũ: diſerti aduerſus iuſticiam: eruditi ꝓ falſitate. Sapientes ſunt vt faciãt malum. eloquentes vt impugnent verum. Hi ſũt q̃ inſtruũt a quibus fuerant inſtruẽdi. Aſtruunt nõ cõperta ſed ſua. [illegible] de ꝓprio calũnias inocenti[illegible] [illegible] ſimplicitatẽ varietatis. obſt[illegible] iudicij vias. Nihil ita abſq; labore manifeſtã faciet veritatem: vt breuis et pu[illegible] narratio.

¶ Ca. xxiij. De [illegible]pellationibus. In li. iij. de con[illegible]ratione.

Magno in appe[illegible]ionibus et pio op⁹ [illegible]uitu eſt: ne q̃ magna fuit neceſſitas [illegible]uiſũ: male vtendo reddat inutile. Mihi videtur et in multã poſſe eas deuenire perniciẽ: ſi non ſũmo moderamine actitentur. Formulã hãc iuſticie [illegible] tibi et diuine incõmutabilis ratio [illegible]itatis. et ni fallor / appellationum lex. vt illicite vſurpata appellatio / nec ꝓſit appellãti: nec appellato obſit. Ut quid eni fruſtra fatigat⁹ ſit homo? Quã plenum iuſticie: vt ſeſe [illegible] leſerit: qui voluit ꝓximũ. Appel[illegible]ſſe inique iniquũ eſt: iniq̃ et impune iniquaꝝ appellationũ fomes. Iniqua autẽ omis appellatio: ad quã iuſticie inopia nõ coegit. Appellare nõ vt graues: ſed ſi graueris licet. Appellandũ a ſentẽtia. ante ſententiã improbe oino niſi ob manifeſtũ grauamẽ p̃ſumitur appellatio. Qui igitur non grauatus appellat: liquet quia aut grauare intendit: aut tempus redimere. Non eſt autem ſuffugiũ appellatio. ſ; refugiũ. Quantos nouimus appellaſſe pulſatos quo interim liceret q̃ nunq̃ licet? Nonnullis etiã quoad vixerint licuiſſe appellatiõis ſuffragio nepharia ſcimus. verbi gratia. inceſtũ / adulteriũ. Quale eſt hoc turpitudini patrocinari: q̃ vel maxime formidari a turpib⁹ oportebat? Quouſq; dormitas: q̃uſq; non euigilat cõſideratio tua: ad tantã appellationum confuſionẽ atq; abuſionem? Preter ius et fas: preter morem ⁊ ordinẽ fiunt. Non locus / nõ modus / non tempus / nõ cauſa diſcernitur: aut perſona. Preſumitur leuiter paſſim: plerũq; et nequiter. Uolẽtes malignari: nõne his potiſſimum terreri ſolebãtur? Nũc terrori ipſi ex his magis fiũt atq; id bonis antidotũ verſum in venenum. appellantur boni a malis. vt non faciant bona: et ſuperſedent a voce tonitrui tui formidantes.

¶ Ca. xxiiij. De vſurpatione appellationũ. li. iij. de conſideratiõe.

Si mea queratur vel potius curet ſententia: dico appellatiões vt nõ cõtemnãdas: ſic nec vſurpandas oino. Porro horũ quid inſolentius cenſeam haud facile dixerim: niſi q̃ vſurpatio quandã videtur inducere cõtemptus neceſſitatẽ: ac per hoc forte acrius inſectanda: que amplius nocet. Aut non vere nocentior eſt mala in ſe. in partu peior. Nonne ipſa eſt q̃ ipſũ ius quoq; nature aut extenuat aut exterminat? Nam ſepe rebus etiam precioſiſſimis precij gratiam nõ modo demit: ſ; adimit. Quid ſacramẽtis accepti⁹? Uſurpata tamẽ ab indignis indigne ve tractata: minime acceptãtur. Magis habent dãnatiões. q; debitam venerationem non habent. Fateor grande et generale mundo bonum eſſe appellationes: idq; tam neceſſarium q̃ ſolẽ ipſũ mortalibus. Reuera quidẽ ſol iuſticie eſt prodens ac redarguens opera tenebrarũ. Prorſus fouende et manute-

nende:ſed quas extorſit neceſſitas/nō calliditas adinuenit. Uſurpatorie ſūt eiuſmodi oīſs: non ſubueniētes in neceſſitate/ſʒ opitulātes iniq̄tati. Quid ni veniant in contēptū? Quanti vt talibus quoqꝫ deferrent: etiam de ꝓprio ceſſere iure: ne longo ⁊ caſſo itinere fatigarētur? Plures tñ ſua amittere non ferētes: appellationes minus oportunas ⁊ celſa nomīa importunius contē pſerūt. Cū itaqꝫ ex his liqueat non ex ꝯtēptu gigni vſurpationē/ſʒ ex vſurpatione ꝯtēptū: videris tu q̄d ſibi velit q̄ zelus vr̄ aſſidue pene vindicat illum/ iſtā diſſil'at? Uis pfecti⁹ cohibere cōtēptū? Cura i ipſo vtero peſſime matris prefocari germē nequam. qđ ita fiet ſi vſurpatio digna aīaduerſiōe mulctet. Tolle vſurpationē: et ꝯtēptus excuſationē nō habet. Porro inexcuſabilitas auſū explodet. Non ſit ꝓinde vſurpator/⁊ cōtēptor nullus erit: aut admodū rarus. Bñ facis tu q̄ appellationū negato ſuffragio/imo ſuffugio: multa remittis negocia ad coğſcētes: vel qui noſcere citi⁹ poſſint. Ubi eni certior ac facilior notio: ibi deciſio tutior expeditiorqꝫ eē poteſt. Quā plenū gr̄e qđ multorū ꝓinde et laborib⁹ parcis et ſūptibus. at quib⁹ ſic credas id tibi omnimodis attendendum.

## Incipiūt capi. libri quinti.


De penitentia. i.
De confeſſione. ij.
de mīa dei in penitentes. iij.
De oratione. iiij.
de tempore congruo orationi. v.
De humilitate. vj.
Q̄ꝫ magis humilitas eſt neceſſaria: q̄ꝫ virginitas. vij.
Quomō pōt cuſtodiri hūilitas. viij.
De timore. ix.
de diſcretione. x.
de obedientia. xj.
De diſciplina. xij.
de ſilentio. xiij.
de ieiunio. xiiij.
de verecundia. xv.
De tentationibus. xvj.
Q̄ꝫ reſiſtēdo tentatiōibus victoria acquiritur. xvij.
De gratiarum actione. xviij.
de cōtemptu vane glorie. xix.
De gratia dei. xx.
de adiutorio diuino. xxj.
de merito. xxij.
De fide. xxiij.
De ſpe. xxiiij.
De caritate. xxv.
de amore diuino. xxvj.
De violentia amoris diuini. xxvij.
de continentia. xxviij.
de abſtinentia. xxix.
De paupertate. xxx.
de tribulatione. xxxj.
de patientia. xxxij.
De iuſticia. xxxiij.
de miſericordia. xxxiiij.
de correptione. xxxv.
De beniuolentia. xxxvj.
de perſeuerantia. xxxvij.
de teſtimonio conſcientie. xxxviij.
De pace. xxxix.
de contēpt[illegible] xl.
de ſolitaria vita. xlj.
De memoria dñice paſſionis. xlij.
de deuotion[illegible] xliij.
de laude di[illegible] xliiij.
De conſider[illegible]e. xlv.
de contempla[illegible]e. xlvj.
de laude ſuperne ciuitati[illegible] xlvij.
De p̄mio eterne beatitud[illegible]s. xlviij.


Incipit liber quītus de virtutibus. Capitulū primū De penitentia. in ſermone primo pen[illegible]ecoſt[illegible] qui ſic incipit. Celebrem[illegible] hodie.

Initiū reuertendi ad dñm: penitētia e[illegible]. In quibuſdam ſentētijs. Penitentiam habere: dolere eſt. [illegible] penitentiam agere: remedium d[illegible] eſt. Uanū eſt tibi: dū peccare non deſ[illegible]teris/penitere. Uer⁹ penitēs ſemp̄ ē in dolore ⁊ labore. dolʒ de p̄teritꝭ. laborat pro futuris cauēdis. Uera ſiquidē penitētia eſt: ſine itermiſſiōis tp̄e de pctīs dolere. Sic plāgit cōmiſſa: vt nō ꝯmittat plangenda. Irriſor nanqꝫ eſt et non

verus penitẽs: qui adhuc agit qđ peni teat. Si ergo vis verus penitens eſſe: ceſſa a pctõ/ et noli amplius peccare. q2 ianis ẽ penitẽtia quã ſequẽs coinquinat culpa. Hoc nempe eſt ſaluationis noſtre principium cũ incipimus reſpuere qđ diligebamus/ dolere vñ letabamur/ amplecti qđ timebamus/ ſequi quod fugiebamus: optare qđ contemnebamus. Infernus quidam et carcer anime: rea conſcientia eſt. Gaudete penitẽtes qs a vijs veſtris prauis recedentes: excepit mox amaritudo et confuſio animi penitentis. Quãtum diſplicet deo impudentia peccatoris: tantum penitentis verecundia placet. Deniqȝ et ſupernas beatorum manſiones attingit penitentie odor. Gaudent angeli in conuerſione et penitentia peccatorum: ſalutem hominum ſitiẽtes. Lacrime penitẽtium vinum eorum: q in illis odor vite/ ſapor gratie ſit/ indulgẽtie guſtus/ reconciliationis iocũd[illegible]s/ ſanitas redeuntis innocen[illegible] [illegible] ſuauitas conſcientie. [illegible] nunc conſolatio arguẽtis [illegible]ſcientie reuelat cruciatum. Benignus eſt deus qui non patitur nos temptari: vltra qȝ [illegible]oſſumus. Maximeqȝ in[illegible]ter initia c[illegible]uerſionis: oleo miſericordie linit v[illegible]ra. vt nec morbi quantitas/ nec diffi[illegible]tas curationis vltra qȝ e[illegible]edit inoteſcat. Magis aũt accidere [illegible]detur facilitas quedam/ q poſtm[illegible]dum euaneſcit: quãdo iam ex[illegible]rcita[illegible]os habenti ſenſus certamẽ for[illegible]e da[illegible]r vt vincat: et diſcat quoniam [illegible]p[illegible]tentior eſt ſapientia.

## [illegible]Ca. ij. [illegible]e cõfeſſione. Sup cantica. ſermone. xv.

Confeſſio anime vitã idicat. Sermone. ij. de reſurrectiõe dñi. Ubi [illegible]ſio eſt: ibi in cõſpectu dñi pulcri[illegible]do eſt. Omnia ſiquidẽ in confeſſione lauantur: et hec ablutio in quandã innocentiã deputabitur. in meditationibus. Non eſt vtilis confeſſio: niſi ſit in oris veritate/ et cordis puritate. In ſermone. iiij. de aduẽtu dñi. Sũt qui pctã ſic cõfitẽtur vt videri poſſint ex deſiderio mundandi cordis id agere: niſi q ea q ipſi ſponte dicũt ab alijs patiẽter audire non poſſunt. Qui ſi vere mundari deſiderarent vt videntur: nõ irritarentur: ſed haberẽt eis gratiã/ qui ſuas illis maculas demonſtrarẽt. Super cañ. ſermone. vj. Humiliter cõfitenti remittit deus peccatũ. et diabolus eũ quem in hominis corde iuaſerat/ amittit principatũ. Ubi nẽpe peccatũ remittitur: ibi pculdubio diabolus de corde pctoris expellitur. In epl'a ad ſophiã virginẽ. Ama confeſſionem: ob quam amaris. Ama confeſſionẽ: ſi affectas decorem. Confeſſioni iũgitur decor. iungitur pulcritudo. Revera vbi confeſſio: ibi pulcritudo et decor. Si peccata ſũt: in cõfeſſione lauantur. Si bona opera: confeſſione cõmendantur. Cum mala tua confiteris: ſacrificiũ eſt deo ſpiritus cõtribulatus. cũ dei beneficia recolis: immolas deo ſacrificiũ laudis Bonũ aie ornamentũ confeſſio: que et peccatorẽ purgat/ et iuſtum reddit purgatiorem. Abſqȝ confeſſione iuſtus iudicatur ingratus: et peccator mortuus reputatur. A mortuo quippe tãqȝ qui nõ ſit: perit confeſſio. Cõfeſſio igitur pctõris eſt vita: iuſti gloria. Et neceſſaria eſt peccatori: et iuſtũ nihilominus decet. Deniqȝ rectos decet laudatio.

## Capi. iij. De miſericordia dei in penitentes. Super cañ. ſer. ix.

Duo in deo ſunt ingenite manſuetudinis argumẽta. q et patienter expectat delinquentẽ: et clementer recipit penitẽtem. Gemina inquã dulcedo ſuauitatis exuberat in pectore dñi ieſu. longanimitas videlicȝ in expectãdo: et in donando facilitas. Ad hoc ſiquidem diu ſuſpẽdit ſentẽtiã vltiõis a cõtẽnẽte: vt qñqȝ exhibeat grã3 remiſſionis in penitente. Sup cañ. ſer. xxiij. O ſolus vere beatus: cui nõ iputauit dñs peccatum. nam qui nõ habuerit peccatũ/ nemo. Sufficit michi ad omnem iuſticiam ſolum habere ppiciũ: cui ſoli peccaui. Omne quod mihi ipſe non imputare decreuerit: ſic eſt quaſi non

fuerit. Non peccare dei iuſticia eſt: hominis iuſticia: indulgentia dei. In ſermone tertio de annũciatiõe dñica qui incipit. ꝙ diues es. ⁊c. Quam diues es in mĩa: ꝙ magnificus in iuſticia: in gr̄a ꝙ munificus dñe deus noſter. Non eſt qui ſimilis ſit tibi munerator copioſiſſime: remunerator equiſſime: piiſſime liberator. Gratis reſpicis hũiles: iuſte iudicas innocẽtes: miſericordiť ſaluas etiam pctõres. In ſer. dẽ paſſione dñi. O ꝙ multus es ad ignoſcendum. O ꝙ magna mľtitudo dulcedinis tue. O ꝙ longe ſunt cogitationes tue a cogitationibus noſtris. O ꝙ firmata eſt etiam ſup impios mĩa tua. In q̃rto ſer. de xl. Sed ſi magna eſt iniquitas mea: multo maior eſt dñe pietas tua. Ideoqꝫ cũ ad meipm̄ turbata fuerit anima mea: memor ſum multitudinis mĩe tue: ⁊ reſpiro in ea. In ſer. pꝛio de purificatiõe. In cõmuni enim poſita eſt: offerť omnibus: et nemo illius expers niſi ꝗ renuerit. In vigilia natiuitatꝫ dñi pmo ſermone. Gaudeat ergo quiſqꝫ ille ẽ: quẽ perpetue dãnationis reũ abiudicabat cõſcientia peccatorũ. Excedit quippe pietas ieſu omniũ criminũ quantitatẽ ſeu numeroſitatem. Super cañ. ſer. xi. Maior eſt inq̃t cayn iniquitas mea: ꝙ vt veniã merear. Abſit. Abſit. Maior eſt dei pietas: ꝙ queuis iniq̃tas. Sup cañ. ſer. xxxvi. Reuera benignus et miſericors eſt: ſuauis et mitis eſt: copioſe mĩe: pſtabilis ſup malicia: multus ad ignoſcendum. Quippe cui⁹ natura bonitas: cuius fons pietatis eſt manſio: cui familiaris ſuauitas: ⁊ cui pprium eſt miſereri. Uerũ id quidẽ cui vult miſeretur: ⁊ quẽ vult indurat. ſed ꝙ miſeretur proprium eſt illi. ex ſe eni ſumit materiam: ⁊ velut qõdam ſeminarium miſerendi. Nam quod iudicat et condẽpnat: nos eũ quodãmodo cogim⁹: vt lõge aliter de corde ipſi⁹ miſeratio/ ꝙ animaduerſio procedere videatur. Recte igitur non pater iudiciorum vel vltionũ diciť ſed pater miſericordiaꝝ: ꝙ miſerendi cauſam et originẽ ſumat ex proprio iudicandi vel vlciſcẽdi magis ex noſtro. Propterea qui prudẽtes ſunt non operiunt vulnera ſua: ſꝫ detegunt. et cõfitentur dño qm̄ bonus. qm̄ in ſeculum miſericordia eius.

## Ca. iiij. De oratione in quibuſdam ſententiis.

ORatio oris eſt ratio: qm̄ iã ore ſuo loquitur homo cũ deo ſuo. Sup cañ. ſer. l. Orantem deniqꝫ hoiem deo loqui quis dubitet? In oratione datur bona voluntas. Super pſal. Qui habitat. ſer. xvi. In dei auribus deſideriũ vehemẽs: clamor magn⁹: remiſſa aũt intentio: vox ſubmiſſa. ad cordis enim potius vocem: ꝙ corporis/ aures eius. Sup cañ. ſer. lxxxvi. Orare: hoc ẽ deũ querere. Unũ eſt enim. Non recte oras ſi orando preter deũ aliquid queras: aut qđ propter deũ non queras. qm̄ in ipſo ſunt omnia. Ibi remedia vulnerũ: ibi ſubſidia neceſſitatũ: ibi reſarcitus defectuũ: ibi [illegible]ctuũ copie: ibi quicq̃d accipere vľ h[illegible] hominibus expedit: quicquid decet: quicq[illegible] oportet. Sine cauſa ergo aliud a deo petitur: cũ ipſe ſit omĩa. Nam etſi iſta temporalia cũ neceſſe eſt poſtulare videmur: ſi deus in cauſa eſt (vt [illegible]dẽ dignũ eſt) nõ vtiqꝫ illa: ſed hunc pot[illegible]s q̃rimus: propter quem alia poſtulam⁹. In. iiij. ſer. de. xl. Oratio q̃nto affectior ẽ: ſi fi[illegible] vt debꝫ: tanto callidi⁹ impediri ab aduerſario ſolet. Periculũ ẽ ſi fuerit oratio nimis timida. maius periculum eſt ſi fuerit temeraria. tertiũ periculũ eſt: ſi [illegible] tepida et non ex viua affectione [illegible]dens. Timida ſiq̃dẽ orati[illegible] celũ nõ [illegible]netrat: qr reſtringit animũ timor i[illegible]deratus. vt oratio nedum aſcendere ſꝫ nec procedere queat. Tepida vero in aſcenſu langueſcit et deficit: eo ꝙ non habet vigorem. Nam temeraria aſcẽ[illegible]dit ſed reſilit. reſiſtitur enim ei. nec t[illegible] non obtinet gratiã: ſed et mereť offẽſã. Que vero fidelis et humilis et feruens oratio fuerit: celũ ſine dubio penetrabit. Unde certũ eſt: ꝙ vacua redire non poſſit. In quito ſermõe. de. xl. Propter ea rogo vos fratres: vt ſemp ad manũ

habeatis tutiſſimū orationis refugiū. Nemo vr̄m paruipēdat orōem ſuam. Dico eni vobis.q2 ipſe ad quē oram⁹: nō puipendit eā. Priuſq3 egreſſa fuerit ab ore nr̄o: ipſe ſcribi eā iubet in libro ſuo.et vnū ex duob⁹ indubitanter ſpe=rare poſſumus.qm̄ aut dabit qđ peti=mus: aut qđ nobis nouerit eſſe vtili⁹. Nos eni quid orem⁹: ſicut oportet ne=ſcimus: ſ3 miſeret̃ ille ſuper ignorantiā nr̄am.et orationē benigne ſuſcipiens: qđ nobis aut oīno nō eſt vtile: aut non tācito dare neceſſe eſt minime tribuit. oīno tn̄ infructuoſa non erit.qn̄ quidē tanta ſuper te cura eſt deo tuo: vt quo=tiens ignorans q̄ris qđ tibi inutile eſt: non te audiat ſup hoc: ſed mutet illud vtiliori dono. In quibuſdā ſententijs. Illud tn̄ breuiter dico nōnullos(vt ar=bitror)experiri interdū in orōe aridita=tem: et hebetudinē q̄ndam mentis.vt ſolis orantes labijs nō ſatis attendāt neq3 q̄ dicant: neq3 [illegible] quant̃.pro eo q velut ex cōſ[illegible] [illegible]uadā: cū min⁹ digna reuerentia et ſolicitudine acceſ=ſerunt. In cūctis igitur actib⁹ noſtris multa op⁹ eſt animi vigilātia.ſ3 preci=pue in orōe.licet eni ſemp videamur: ſ3 in oratiōe etiam pn̄tam⁹ et oſtēdimus nos: q̄ſi facie ad faciē cum deo loquē=tes. Porro q̄uis vbiq3 ſit deus: in celo tn̄ orādus eſt: ibiq3 orōnis tēpore cogi=tādus. Sic igr̄ oret qui orat: ſic ſemet=ipſum conſideret ⁊ attēdat: tanq3 pre=ſentatum domino maieſtatis.

¶ Ca.v. De tp̄e ꝯgruo orati=nis. Super can.ſer.lxxxvi.et vltimo.

LOcū et tempus obſeruare opor=tet eū qui ſibi orare voluerit. Tē=pus feriatū cōmodius aptius q3. Ma=xime autē cū profundū nocturnus ſo=por indicit ſilētium: tūc plane liberior exit/puriorq3 oratio. Quam ſecreta de nocte aſcēdit oratio: : ſolo arbitro deo ſancto q3 āgelo qui illā ſuperno altari ſuſcipit pn̄tandā. Quam grata ⁊ luci=da verecūdo colorata rubore. Quam ſerena ⁊ placita: nullo iterturbata cla=more vel ſtrepitu. Quā deniq3 munda et ſincera: nullo reſperſa puluere terre=ne ſolicitudis: nulla aſpicientis laude ſeu adulatiōe tētata. Sup can.ſer.vij. Credim⁹ angelos ſctōs aſtare oranti=bus: offerre deo p̄ces et vota hominū. vbi tn̄ ſine ira et diſceptatione leuari puras man⁹ perſpexerint. In omelia q̄rta ſuper Miſſus eſt. Uult aūt a ſe re=quiri deus: etiā qđ pollicetur. Et ideo forte multa q̄ dare diſpoſuit pri⁹ pol=licetur: vt ex promiſſione deuotio exci=tetur.ſicq3 qđ gratis daturus erat: de=uota oratio ꝓmereat̃. Sic pi⁹ dn̄s(qui om̄es homīes vult ſaluos fieri) merita nobis extorquet a nobis.et dū nos p̄=uenit tribuēdo: quod retribuat gratis: agit ne gratis tribuat.

¶ Ca.vj. De hūilitate. Sup cantica.ſermone.lxxxv.

MAgna et ſublimis virt⁹ humili=tas: que promeret̃ qđ nō docet̃. digna adipiſci: quod nō valet addiſci. digna a deo et ex deo cōcipere: qđ ſuis ipſa verbis explicare nō poteſt. Humi=litatis vero talis poteſt eſſe diffinitio. Humilitas eſt virtus qua homo veriſ=ſima ſui cognitione ſibijpſi vileſcit. In ſermone.ij.de natiuitate dn̄i. Sola vir=tus hūilitas: leſe caritatis reparatio. In ep̄la ad henricū ſenoneñ.archiep̄3. Sola profecto non ſolet gloriari: non nouit preſumere: cōtendere non cōſue=uit humilitas. Nemo cōtēdit iudicio: nec pretēdit iuſticiam: qui vere humi=lis eſt. Porro humilitas deo nos recō=ciliat: deo placet in nobis. In ſermone tertio de annūciatione dn̄i. Sed cuinā potiſſimū vaſi gratia infundet̃? Quale poterimus idoneum gratie receptacu=lum exhibere? Balſamū eſt puriſſimū: et ſolidiſſimum vas requirit. Et quid tam purū: quid ve tam ſolidum: q3 hu militas cordis? Merito proinde humi=libus datur gratia. In expoſitione ſu=per Miſſus ē. omelia .iiij. Semp ſolet eſſe diuine gratie familiaris: virt⁹ hu=militas. In q̄buſdā ſentētijs. Nimirū conſeruande humilitatis gratia.diui=na ſolet pietas ordinare: vt quāto q̄ſq3 plus proficit: eo minus ſe reputet pro=feciſſe. Nam et vſq3 ad ſūmū exercitij

ſpiritualis gradū ſi qs pfecerit: aliqd ei de primi gradus impfectiōe relinq̄tur. vt vix primū ſibi videatur adept⁹. Oportet nāqꝫ hūiliter ſentire de ſe nitentē ad altiora. ne dū ſupra ſe attollitur: cadat ad ſe. niſi in ſe firmiter pverſ hūilitatē fuerit ſolidat⁹. qꝛ niſi hūilitatis merito: maxia mīme obtinet. In ſipiens eſt eni ꝛ inſanus: qcūqꝫ in aliis vite meritis: qcūqꝫ in alta religiōe ſeu ſapiētia: nō in ſola humilitate cōfidit. Hūilitas in honore: honor eſt ipſi⁹ honoris: ꝛ dignitas dignitatis. Omis dignitas ipſo dignitatis noie idigna ē: ſi hūilia dedignat. Si egregi⁹ es: eſto tn̄ de grege. Si oibus p̄es: nō dedigneris ſubeſſe. Quid tu inflaris o hō: qd extolleris ſine cauſa? Quid altū ſapis: ꝛ oculi tui oīe ſublime vident? Sublimis quidē dn̄s: ſꝫ nō ita pponit tibi. Laudabilis magnitudo illi⁹: nō etiā imitabilis. Hūiliare: ꝛ apprehendiſti. Quia ſola eſt hūilitas q̄ exaltat: ſola q̄ ducit ad vitā. Hec via: nō eſt alia p̄ter ipſam. Qui aliter vadit: cadit potius ꝙ aſcēdit. O pverſitas. O abuſio filioꝝ adā. qꝛ cū aſcēdere difficillimū ſit: deſcēdere aūt facillimū. ipi et leuiter aſcēdūt: et deſcēdūt difficili⁹. parati ad honores: ad celſitudines graduū eccleſiaſticoꝝ: ipis etiā āgelicis hūeris formidādos. Et certe qui cōtendit ſupgredi pmos: multas inueiet difficultates: multos habebit emulos: mltos patiet cōtradictores. Nihil vero facilius eſt volenti: ꝙ humiliare ſemetipſum.

## ¶ Ca. vij. Ql magis neceſſaria eſt humilitas: ꝙ virginitas. In expoſitōe ſup Miſſus eſt. omelia prima.

Pulcra pmixtio virginitatis ꝛ hūilitatis. Nec mediocrit placet deo illa anima: in qua et humilitas cōmēdat virginitatē: et virginitas exornat humilitatē. Laudabilis virtus virginitas: ſꝫ magis humilitas neceſſaria. Potes deniqꝫ ſine virginitate ſaluari: ſine humilitate non potes. Poteſt inqꝫ placere humilitas q̄ virginitatē deplorat amiſſam, ſine humilitate audeo dicere: nec virginitas marie placuiſſet. quia etiā vt placeret eius virginitas: hūilitas pculdubio fecit. Quid dicis virgo ſupba? Maria virginē ſe oblita gloriat de humilitate dicēs. Reſpexit deus humilitatē ancille ſue: potius ꝙ virginitatē. ꝛ tu negligēdo humilitatē: blandiris tibi de virginitate. Expedit tibi virginē non eſſe: ꝙ de virginitate inſoleſcere. Nō oim quidē eſt virginitas: multo tamen paucioꝝ eſt cū virginitate humilitas. Qꝫ ſi et virgo et humilis es quiſqs es: magnus es. Attamen ſalubriorem eligit ſequēdi partē in humilitate peccator: ꝙ in virginitate ſuperbus. cū et illius imunditiā ſua humilis ſatiſfactio purget: ꝛ huius pudicitiam ſuperbia inquinet.

## ¶ Ca. viij. Quomodo cuſtodiri pōt humilitas. In ſermone de labore meſſis.

Altiora ſe[...]er attendas. quia in eo pleni[...] humilitatis. Nam ſi forte in re aliqua maior fratre aliq̄ gr̄a tibi collata videt: ſꝫ i multis ſi bon⁹ emulator fueris: iudicare te poteris iferiorē. Quid eni ſi laborare aut ieiunare pl⁹ illo potes: ꝛ ille te patiētia ſupat/ hūilitate p̄cedit/ ſupeminet caritate? Quid ei tota die circa id qd videris hr̄e inſipiēti cogitatiōe verſaris? Eſto magis ſolicitus: vt ſcias qd deſit tibi. hoc eni melius. Non ergo magnopere cogites que tibi videris habere: niſi forte interdū vt gratias agere [poſ]ſis: ꝛ te noueris ei debitorē q dedit. [...] gratia cōſolatiōis cū id neceſſe fueri[t] ne q̄libet ex cauſa triſtior fias. De cetero ea ſemp magis attendas: que ali⁹ habet/ tu nō habes: qꝛ hec cogitatio in humilitate te cuſtodiat: et a deſcenſu tepiditatis elōget: et accendat deſiderio proficiendi. Uide eni quanta e regione mala cogitatio illa parturiat: qua ſedule verſas in aio qd tibi habere videris: ꝛ alteꝝ quēpiā eſtimas nō habere. Hinc eni eleuaris in ſupbiā: dū te p̄ponis alteri. hinc proficere negligis: dū te magnū quēpiā arbitraris. hinc demū

incipis deficere:dū te alterius cōparatione etiā nimis egiſſe videris. Sicq̄ in tepiditatē icidis:⁊ icipis remiſſi⁹ agere

¶Ca.ix. De timore. In dñica poſt octauas epyphanie.q̄ incipit Operibus domini.

AQua ſapientie ſalutaris:fons vite. Et initiū ſapientie timor dñi eſt. Ubi ꝫ.in primo ſer. optime refrigerans aīam noxijs deſiderijs eſtuantē. iacula inimici potēs extinguere. In.ij. ſer.de annūciatiōe dñi. In omibus et ꝑ omnia pietati ꝓrimoꝝ: timor dñi preferendus eſt. In quibuſdā ſententijs. Qui timorē dñi ſemꝑ habꝫ pre oculis: vie eius pulcre/⁊ omes ſemite eius pacifice. Super can.ſer.xxiij. Stat ꝓpoſitum dei:ſtat ſentētia pacis ſuper timētes eū. ipſorū et diſſimulās mala/⁊ remunerans bona.et miro modo eis bona et mala cooperanť in bonū. Aliud eſt multas diuitias ſcire:et aliud poſſidere.nec noticia diuitē facit:ſꝫ poſſeſſio. Sic ꝓrſus ſic aliud eſt noſcere deū ⁊ aliud timere.nec cognitio ſapiētē:ſed timor facit q̄ et afficit. Tu ne ſapientē dixeris:quē ſua ſciētia inflat? Et bene initiū ſapiētie timor dñi. qꝛ tūc primū de⁹ aīe ſapit: cū eā afficit ad timendū: non cū inſtruit ad ſciendū. Times dei iuſticiā: times potentiā: ⁊ ſapit tibi iuſtus ⁊ potēs de⁹. qꝛ timor ſapor ē. Porro ſapor ſapientē facit:ſicut ſciētia ſcientē:ſicut diuitie diuitē. Uerū ſcientiā facillime ſequiť elatiōis tumor:ſi non reprimat timor. vt merito dicať initiū ſapiētie q̄ ſe peſti inſipientie prius opponit. Hic itaq̄ q̄dā ingreſſus eſt ad ſapientiā: plane dom⁹ dei: ⁊ porta celi:⁊ tanq̄ ingreſſus glīe. Sup can.ſer.liiij. In veritate didici nil eque efficax eſſe ad grām ꝓmerendā/retinēdā/recuperandā:q̄ꝫ ſi oī tpe corā deo iueniaris nō altū ſapere/ſꝫ timere. Beatus es ſi cor tuū triplici timore repleueris. vt timeas q̄dē ꝓ accepta grā: āpli⁹ ꝓ amiſſa: longe pl⁹ ꝓ recuperata. Time ergo cū arriſerit grā:time cū abierit: time cum denuo reuerteť. Cū adeſt time.ne indigne opereris ex ea.ſi receſſerit mlto magis tūc timendū: quia vbi tunc deficit grā: ibi deficis tu. Time ergo ſubtracta grā. tanq̄ mox caſur⁹. Time.qꝛ reliqt te cuſtodia tua. Ne dubites i cauſa eē ſupbiā:etiā ſi nō appareat:etiā ſi nil tibi cōſci⁹ ſis. Qđ eni tu neſcis: ſcit deus. Nūq̄d q̄ humilib⁹ dat grām: humili auferet datā? Ergo argumētū ſuperbie: priuatio grē eſt. Iā ſi grā repropiciata redierit: multo āpli⁹ tūc timēdum:ne forte contingat recidiuū pati. Proinde oi tpē time deū:et ex oi corde tuo. Amat de⁹ integrum mun⁹:affectū plenū:ꝑfectū ſacrificiū. Non potes ſimul et ſic timere:et altū ſapere. Nō eſt eni quo admittas ſuperbiā:replet⁹ timore dñi.et ſic de ceteris vicijs ſentiēdū: qꝛ neceſſe ē oia plenitudie timoris excludi. Tūc demū ſi plene/ſi perfecte timueris: dabit ſaporē caritas. Sine caritate eni: timor penā habet. Timor qui nō eſt in caritate : cū oēs iniciet ad ſapientiā neminē conſummat: qm̄ ſuperueniens caritas extundit illum.

¶Capi.x. De diſcretiōe. In meditatiōibus. In libro: Multi multa ſciunt.

IUſticia dū ſuū modū excedit crudelitatis viciū gignit:⁊ nimia pietas diſſolutionē diſcipline parit.ſic ſepe viciū eſt qđ virtus reputatur. Sicut remiſſa ſegnicies manſuetudo crediť: et pigricie viciū q̄etis ꝟtutē imitatur. Sup can.ſer.xlix. Ubi vehemēs emulatio:ibi maxime diſcretio neceſſaria: q̄ eſt ordinatio caritatis. Semꝑ q̄dē zel⁹ minus abſq̄ ſcientia efficax.minus q̄ꝫ vtilis inuenitur.plerūq̄ autē et pernicioſus valde ſentitur. Ibidem.ſermōe xxiij. Uirtus ſiquidē diſcretiōis abſq̄ caritatis feruore iacet:et feruor vehemens abſq̄ diſcretionis tēperamento precipitat. Ideo laudabilis cui neutꝝ deeſt. q̄tin⁹ ⁊ feruor diſcretionē erigat/⁊ diſcretio feruorē regat. Ibidē.ſermone.xlix. Quo igitur zelus feruentior ac vehemētior ſpiritus ꝓfuſiorq̄ caritas eo vigilantiori opus ſcientia eſt:q̄ zelū

ſupprimat: ſpm̄ tempet: ordinet caritatem. Diſcretio quippe om̄i ꝟtuti ordinē ponit. ordo modū tribuit: et decorē etiā et perpetuitatē. Eſt ergo diſcretio nō tam virt⁹ ꝗ̄ q̄dā moderatrix et auriga virtutū: ordinatrix q̄ affectuū. et morū doctrix et cōſūmatio pfectionis. Tolle hāc: ⁊ virtus viciū erit. Ipſa q̄ affectio naturalis in ꝑturbationē magis cōuertetur: exterminiū q̄ nature. In ſer. iij. de circūciſiōe dn̄i. Hec nimirꝫ docet: ne quid nimis. q̄ꝛ diſcretio vere circūcidit: vt non plus nec minus fiat. Nam qui nimi⁹ eſt: fructū boni operis abſcidit. nō circūcidit. qui tepidus eſt minus facit. Qui ergo in diſcretiōe cōuerſatur: ſuāipſius ſalutem operatur. In ſermone. ij. de reſurrectione dn̄i. De ſpiritu diſcretionis ſcimus: q̄ꝛ nihil ſic illū extinguit: quomō volūtas propria ſubuertēs corda hoim̄: ⁊ rationis oculos claudēs. Docet nature non parcere: rationi non acquieſcere: nō obtemperare ſeniorū cōſilio vel exemplo: nō obedire prelato.

## ¶ Ca. xj. De obedientia. In ep̄la ad adam monachum. Si maneres in caritate.

Obediētie virt⁹ ſemꝑ militat veritati. In. ij. ſer. de paſcha. Obediētia dirigit greſſus noſtros. ⁊ ſctē cōuerſatiōis gratiā ꝓmeretur. Nam ſi contraria lex eſt in mēbris noſtris per inobedientiā: quis neſciat per obediētiā cōtinentiā dari? Ipſa eſt que miam nouit ordinare: ipſa q̄ patientiā docet et donat. In quibuſdā ſentētijs. Inobedientiam cauſā mortis om̄s exp̄imur. oēs morimur ꝑpter eā. In expōne ſuꝑ Miſſus ē. omelia. j. Diſce hō obedire. diſce terra ſubdi. diſce puluis obtēperare. De auctore tuo loq̄ns euāgeliſta et erat (inq̄t) ſubdit⁹ illis. Haud dubiū q̄n marie ⁊ ioſeph. Nā cū remāſiſſet in hirl'm: ⁊ dixiſſet in his q̄ p̄ris ſui erant oportere ſe eſſe. nō acq̄eſcētib⁹ parētib⁹ ei⁹ ſeq̄ illos i nazareth nō deſpexit: magiſter diſcipulos. de⁹ homines. verbū et ſapientia: fabrū et feminā. Erubeſce ſuperbe cinis. Deus ſe hūiliat. et tu te exaltas. Deus ſe homībus ſubdit. ⁊ tu dn̄ari hoībus geſtiēs: tuo te preponis auctori. Quotiēs enim hoībus preeſſe deſidero: totiēs deū meū preire cōtendo. Deus inq̄ cui angeli ſubditi ſunt: cui principatus ⁊ p̄tātes obediūt: ſubdit⁹ erat marie. Utrinq̄ ſtupor. vtrinq̄ miraculū. Et q̄ femine de⁹ obtēperet ⁊ hūilitas abſq̄ exemplo. et q̄ femina deo principetur. ſublimitas ſine ſocio. Si homis o homo imitari dedignaris exemplum: certe nō erit tibi indignum ſequi auctorem tuū. Suꝑ can. ſer. xlij. Acquieſce autē deo. et ſit volūtas tua ſubdita veritati. Ac pax eſt eſſe ſubiectū deo: niſi ſis et om̄i hūane creature propter deū. ſiue abbati tanq̄ ꝑcellēti: ſiue prioribus ab eo cōſtitutis. Ego plus dico. ſubdere paribus. ſubdere ⁊ minorib⁹. Et ſi vis in iuſticia eē pfect⁹: vade ad iuniorem. ⁊ defer inferiori: iuniori te inclinato. In ſermone ad abbates. Quē a deo ſuo exturbauit iobedientia: ſine dubio ad ipſū per obediētiā recto tramite redit. Pena corporis nec inter diuitias ſtabilis: nec ſine obedientia facile pōt eſſe diſcreta. et obediētia in diuitijs et voluptate: nec ſtabilis nec gl'oſa. In obedientia neuum caueas proprie volūtatis. Nā quiſq̄s vel aperte vel occulte ſatagit vt quod habꝫ in volūtate hoc ei ſp̄ualis pater iniūgat: ipſe ſe ſeducit: ſi forte ſibi q̄ſi de obedientia blandiatur. Neq̄ eni in ea re ipſe p̄lato: ſed magis ei prelatus obedit. In ſer. ij. de ſctō andrea. Si quis obediat quidē ſed ſil'atorie et ad oculū: murmuret aūt in abſcōdito: falſa eſt obedientia. Sola eſt caritas que obedientiā gratā facit: et acceptabilē deo ſolo cōmendat. In meditationib⁹. Uerus obediens dat ſuū velle et ſuum nolle. In primo ſermone de cōuerſione ſancti pauli. Quā pauci inueniūtur in hac pfecte obedientie forma: qui ſuā ita abiecerūt volūtatē: vt nō quod ipi ſꝫ quod dn̄s velit omni hora requirāt. dicentes ſine intermiſſione cum ap'lo. Dn̄e q̄d me vis facere? O verbū breue

ſed plenū:ſʒ viuū:ſed efficax:ſʒ dignū
oi acceptiõe. Sic eni decet:ſic oīno di-
gnū eſt. Dñe nō meā a te:ſed a me tuā
queri et fieri voluntatem. Multorum
profecto hodie puſillanimitas et per-
uerſitas exigit vt ab eis q̄ri oporteat:
quid vis vt faciā tibi:non ipi querāt:
dñe quid me vis facere: Conſiderare
neceſſe habet miniſter ⁊ vicari⁹ chriſti
quid ſibi p̄cipi velint non ipſi conſide-
rant q̄ volūtas ſit preceptorꝫ. Diſcer-
nunt et dĳudicant eligētes in quibus
obediāt imperanti. imo in quibus pre-
ceptorem ſuū ipſoꝝ obedire neceſſe ſit
voluntati. Non eſt eorū obediētia ple-
na:nō in omibus parati ſunt obſequi:
non per oīa ſequi propoſuerūt eū: q̄ nō
ſuā/ſed patris venit facere voluntatē.

## ¶ Ca. xij. De diſciplina. Sup cantica. ſermone. xxiij.

OMnes homies natura eq̄les ge-
nuit. At qm̄ bono nature in mo-
rib⁹ ſupbia deprauato facti ſūt hoies
eq̄litatis impatiētes:contēdētes iuicē
ſupiores cōſtitui:atqȝ alterutrū ſuper-
gredi cupiētes:⁊ inanis glie cupidi. in-
uicē inuidētes. inuicē ꝓuocantes. p̄mo
oīm iugo diſcipline inſolētia morū do-
manda eſt: quouſqȝ duris et diutinis
ſeniorū attrita legibus humilieť et ſa-
netur ceruicoſa voluntas. bonūqȝ in ſe
nature qđ ſupbiendo amiſerat:obedi-
endo recipiat. Accedit nimirū diſcipli-
natis morib⁹ bonū nature q̄ redditur
h[illegible] ſuauis ⁊ mitis:hō ſine q̄rela:nemi-
nē circūueniēs:neminē cōcutiēs:nemi-
nē ledēs: nemini ſe ſupextollēs aut p̄fe-
rēs. In ſer. iiij. de aſſūptiōe btē marie.
Diſciplina nō cōſtringit liberū. ſʒ volū
tariū regit et dirigit in viam pacis. Ad
ſophiā virginē. Inſigne decoris diſci-
plina p̄fert. O quā cōpoſitū reddit oēꝫ
corporis ſtatū: necnō et mētis habitū
diſciplia. Ceruicē ſubmittit:ponit ſu-
percilia:cōponit vultū:ligat ocłos:ca-
chinnos cohibꝫ:gulā frenat:irā ſedat
format inceſſū. In ep̄la ad robertū ne-
potē ſuū. Quid neceſſe eſt bis pūgere:
nō recalcitrantē:valde timidū magis
exterrere:p ſe ſatis erubeſcentē. cōfun-
dere ampli⁹ cui ſua ratio magiſter. cui
ꝓpria cōſciētia v̄ga et igenita verecū-
dia lex et diſciplina ē. Ad ſuggeriū ab-
batē ſcti dyoniſij. Iuge quippe ſilētiū
et ab oi ſtrepitu ſclariū ꝑpetua quies:
cogit celeſtia meditari. Porro cōtinen-
tie labor et rigor diſcipline:pſalmorū/
hymnoꝝqȝ dulcedine releuanť. Pudor
de p̄teritꝭ noue ꝯuerſatōis tēperat au-
ſteritatē. Is aūt qui in p̄ſenti p patien-
tiā capiť bone cōſciētie fructus:futu-
rorū qȝ bonoꝝ operať deſideriū qđ nō
fruſtrabiť:et ſpem q̄ nō cōfundit. Uen-
turi timor iudicij pio cedit fraterne ca-
ritatis exercitio. Tediū ⁊ accidiā pro-
cul pellit. Sctāꝝ varietas obſuationū
labor et latebre ⁊ volūtaria paupertas.
hec ſunt monachoꝝ inſignia. hec vitā
ſolent nobilitare monaſticam.

## ¶ Ca. xiij. De ſilētio. In meditationibus.

IN ſilentio nemo ſic debet eē ocio-
ſus:vt in eodem ocio vtilitatē nō
cogitet ꝓximi. nec ſit actuoſus:vt con-
tēplationē nō requirat dei. Parū enim
ꝓficit:q̄ alteri cū pōt nō ꝓdeſt. In ſer-
mone de natiuitate btē marie. Eſt ſilē-
tiū irrep̄henſibile. imo ⁊ laudabile ma
gis et eſt ſermo nō bonus. Bonū ſilen-
tium a iactātia: bonū a blaſphemia:
bonū a murmure ⁊ detractione. Alius
enim ob laboris magnitudinē et pon-
dus diei exaſperat⁹ animo murmurat:
dĳudicat eos qui ꝓ anima ſua perui-
gilant tanqȝ pro ſe reddituri vtiqȝ ra-
tionē. Clamor eſt. ſed ſupra omne ſilē-
tium clamor iſte animi obdurati ſilere
facit:qȝ audiri non patitur vocē verbi.
Alius enim puſillanimitate ſpirit⁹ in
expectatiōe deficit. peſſimūqȝ hoc v̄bū
blaſphemie ē. qđ nec in hoc ſcl'o remit-
titur nec in futuro. Tertius in magnis
ambulat ⁊ mirabilib⁹ ſup ſe dicēs. ma-
nus nr̄a excelſa. et putans ſe aliq̄d eſſe
cū nihil ſit. Sileat ergo in nobis ligua
maledica: lingua blaſphema: lingua
magniloq̄. qm̄ bonū eſt in hoc triplici
ſilentio ſalutare dñi p̄ſtolari. Ita tū ab

his taceas nec oīno taceas. ne dederis ſilentiū deo. Loq̄re illi cōtra iactantiā in cōfeſſione: vt obtineas veniā de preterito. Loq̄re in gratiaꝝ actiōe contra murmuratiōem: vt ampliorē inuenias gratiā in preſenti. Loq̄re in orōne ↄtra diffidentiā: vt cōſequaris gloriā in futuro. Cōfitere inq̄ ꝑterita: et pro pſentibus grās age: ac deinceps ſtudioſiꝰ pro futuris. vt ne ipſe quidem ſileat a remiſſiōe/ ab immiſſiōe/ a ꝓmiſſione.

## ¶ Capi. xiiij. De ieiunio. In ſermone. iiij. de. xl. Quia ieiuniū.

Dignum reor aliq̄tenus exponere quo fructu et queadmodū oporteat ieiunare. Primū quidem frēs pro eo q̄ ab ipſis q̄q licitis abſtinemꝰ: ea nobis que prius commiſimus illicita ↄdonant. Quid vero eſt cōdonari commiſſa: niſi ieiunio breui: ieiunia redimi ſempiterna? Gehēnā eni meruimꝰ: vbi nullus vnq̄ cibus eſt/ cōſolatio nulla/ terminꝰ nullus. vbi guttā aque diues poſtulat: ⁊ accipe nō meret. Bonū ergo eſt et ſalutare ieiunium quo redimunt eterna ſupplicia: dū remittunt hoc mō pctā. Non ſolū aūt abolitio eſt peccatorū: ſed et extirpatio vicioꝝ. non ſolū obtinet veniā: ſed meret gratiā. nō ſolū delet pctā preterita q̄ cōmiſimus: ſed ⁊ repellit futura q̄ cōmittere poteramꝰ. Dicamꝰ adhuc vnū. Ieiuniū orationi deuotiōem et fiduciam donat. Et vide queadmodū ſibiuicē ieiuniū ⁊ oratio ſocient. Oro ꝟtutē impetrat ieiunādi: et ieiuniū grāȝ ꝓmeret orādi. Ieiuniū orōem roborat. oratio ſctificat ieiuniū ⁊ domino repreſentat. Quid eni nobis ieiuniū proderit: ſi relinquat in terra? Qd abſit. Subleuet ergo ieiuniū pēna quadam orationis. ſed ne forte minus ſufficiat: alterā quoq̄ ei neceſſe eſt ſociari. Sint ergo ieiunio noſtro (vt facile celos penetret) ale due. oratōis ſcilȝ atq̄ iuſticie. Juſticia vero que eſt: niſi que cuiq̄ reddit quod ſuum eſt? Ibidē ſermone. ij. Uolo tamen āmonitos eſſe fratres meos obſeruandū ieiuniū. non ab eſcis tantū: ſed ab oibus illecebris carnis: ⁊ vniuerſa corporis voluptate. imo vero ieiunandū eſt longe amplius a vicijs q̄ a cibis. Ubi ſupra. ſmōe. iij. Eteni ſine ieiunio hec cetera a domino reprobantur.

## ¶ Ca. xv. de verecūdia. Sup cantica. ſermone. lxxxvj.

Neſcio an quicq̄ gratius verecūdia aduerti in moribus hominū q̄at. que eſt certe oim ornatus etatum ſed tenere gratia verecūdie in teneriori etate: āpliꝰ pulcriuſq̄ eniteſcit. Quid amabilius verecūdo adoleſcēte? Quā pulchra hec et q̄ ſplendida gēma morū in vita et vultu adoleſcētis. q̄ vera et mime dubia: bone nuncia ſpei: bone indolis index? Uirga diſcipline eſt illi. que pudendis affectibus imminēs lubrice etatis motus actuſq̄ leues coerceat: reprimat inſolētes. Quid ita turpiloquij: et omnis deinceps turpitudinis occaſionē fugitās? Soror cōtinētie eſt. indiciū colūbine ſimplicitatȝ. teſtis innocētie. Lampas eſt pudice mentis ingiter lucens: vt nil in ea turpe vel indecoꝝ reſidere attēptet: qd nō illa ilico ꝓdat. Ita expugnatrix maloꝝ et propugnatrix puritatis innate ſpecialis glia ↄtinētie ē. Fame cuſtos/ vite decꝰ/ virtutis ſedes/ ꝟtutū primicie/ nature laus/ et inſigne totius honeſti. Rubor ipſe genaꝝ quē forte inuexerit pudor: q̄ntum gratie et decoris ſuffuſo afferre vultui ſolet? Uſq̄ adeo geminū animi bonū verecūdia ē. vt et qui male agere non verent: videri tamen verecundent. opa nimiꝝ tenebraꝝ et digna latebris tenebris occultātes. Quid tam amicū verecūdo animo: q̄ ſecretum? Deniq̄ orare volentes: iubemur intrare cubiculum: vtiq̄ ſecreti gratia. Id quidem ad cautelam. ne coram orātibus laus humana oratiōis furet fructū: fruſtret effectum. Sed quid tam propriū verecūdie: q̄ ꝓprias vitare laudes: vitare iactantiā? Quid tam indecorū maxie adoleſcenti: q̄ oſtentatio ſanctitatis? Bona cōmendatio ſecuture orationis: ſi premittas verecundiam.

¶ Ca.xvj. De tentationibus. Sup pſal. Qui habitat. ſermõe.v.

Hoc premonitos vos eſſe volo neminē ſuper terrā abſq₃ tentatiõe victurum. vt cui forte tollitur aliqua: alteram ſecurus aut pauidus magis expectet: etſi petat ab ea liberari. vt nunq₃ ſibi in corpe mortis huius libertatem pfectā ſeu requiem audeat polliceri. Qua in re cõſideranda nobis eſt tam benigna erga nos diuine diſpēſatio pietatis: vt quibuſdam nos tentationibus patiaꝛ diutius occupari: ne forte periculoſiores occurrant. Ab aliquibꝰ vero citius liberet. vt poſſimꝰ in alijs quas nobis vtiliores forte preuidet exerceri. ſup can. ſer. lxiiij. Neceſſe eſt: vt veniāt tētatões. Quis eni corõabitur: niſi qui legitime certauerit? Aut quomõ certabūt: ſi deſit qui īpugnet? Sup can. ſer. xiij. Quid michi cū victoria: ſi nec in prelio fui? Impudētiſſime michi arrogo vel gloriā ſine victoria: vel victoriā ſine pugna. In quibuſdā ſentētijs. Sed heu heu nec mare fluctibus: nec vita iſta carere poteſt tētationibus. nec poteſt eē pax firma ꝛ ſolida: niſi in regiõe ſua. Sup pſal. Qui habitat. ſermõe.v. Tot tentatiõibus plena eſt vita noſtra: vt non inmerito tota ipſa tentatio debeat appellari. In ſermone q̄nto de.xl. Sed qui ſumus nos/ aut q̄ eſt fortitudo noſtra: vt tam multis tentatiõibus reſiſtere valeamꝰ? hoc erat certe quod querebat deꝰ. hoc erat ad qd nos perducere ſatagebat. vt videntes defectum noſtrum: et q nobis non ſit auxilium aliud: ad eius miſicordiā tota humilitate curramus. Sup pſal. Qui habitat. ſermõe.ij. Cum ergo tentatiõis impetum ſentimus in cogitatione: ſtatim fugiamꝰ ad ipm: ꝛ humiliꝛ poſtulemus auxilium. Homines enim aliq̄ cadere neceſſe eſt: dū in hoc ſeculo detinenꝛ. Alij collidunꝛ: alij non: q2 dñs ſupponit manū ſuā. Sed quõ eos diſcernere poterimus: vt ſegregemus iuſtos ab iniuſtis? Ex hoc itereſt inter eoꝝ caſus q iuſtus ſuſcipiꝛ a dño: ideo q reſurget fortior. Iniuſtus autē cum ceciderit: nõ adijciet vltra vt reſurgat: imouero aut in pudorem noxiū: aut in impudentiā cadit. Aut eni excuſat qd fecit: et hic eſt pudor adducens pctm̄. Aut fit ei frons meretricis: et iam nec deum timet: nec hoiem reuereꝛ: pdicat q peccatū ſuum ſicut ſodoma. Iuſtus vo ſup manū dñi cadit: et miro quodā modo etiā ipſum ei pctm̄ in iuſticiam cooperaꝛ. Nõne cooperatur nobis ille caſus in bonū: vnde et meliores efficimur: et cautiores? Nõne dominus cadentē illū ſuſcipit: qui ab humilitate ſuſcipitur? In creatione/ in redēptiõe/ ceteriſq₃ cõmunibꝰ beneficijs eſt deus omnium: ſed in tētatiõibus ſuis tanq₃ proprium eum habēt ſinguli electorū. Sic enim paratus eſt ꝛ cadētem ſuſcipere/ et eripere fugientē: vt videri poſſit relictis omnibus alijs: ei ſoli operā dare. Propterea expedit omni aīe deū ſemp attēdere tanq₃ propriū: nõ modo adiutorem: ſed etiam inſpectorem.

¶ Ca.xvij. Q reſiſtēdo tentatiõibus victoria acquiritur. In ſermone quinto de.xl.

Ipſi geſtamꝰ laqueum nr̄m. vbiq₃ propriū circūferimus inimicum. Carnem hāc loquor de pctõ natam. in peccato nutritam. praua cõſuetudine viciatā. hac vtiꝛ ad impugnādos nos callidiſſimus ſerpens. cui nullū aliud deſideriū eſt: nullū ſtudiū: nullū negocium: niſi fundere ſanguinē aīaꝝ. Hic eſt q̄ iugiter machinaꝛ malū. In meditatiõibus. Argute loqꝛ. artificioſe ſuggerit. callide decipit. illicitos motꝰ inſufflat: ꝛ venenatas cogitatiões inflāmat. mouet bella. nutrit odia. incitat gulā. mouet libidinē. deſideria carnis inſtigat. pcti occaſiões parat. et mille nocēdi artibus corda hoim temptare nõ ceſſat. In ſermone eodem de.xl. Hic eſt qui manꝰ noſtras proprio cingulo alligat. vt caro q̄ data eſt nobis in adiutoriū: in ruinam fiat nobis ꝛ laqueū. Uerūtamen in nobis eſt ſi vinci volumus: et nemo noſtrū in hoc certamine

deficietur inuitus. Sub te eſt o homo appetitus tuus: et tu dñaberis illius. Poteſt inimicus excitare temptatiõis motũ: ſed in te eſt ſi volueris dare ſeu negare conſenſum. In tua facultate eſt ſi volueris inimicũ tuũ facere ſeruum tuũ. vt omnia cooperent tibi in bonũ. Ecce eni inflãmat inimicus deſideriũ cibi. vanitatis aut impatiẽtie cogitationes ingerit: aut excitat libidis motũ. tu ſolũmodo ne conſenſeris. et quotiẽs reſtiteris/totiẽs corõaberꝭ. Credo etiã ſi cogitatiões iſtas ꝗcito in nobis aduertimus: nõ patimur remorari: ſed in ſpũ vehementi animus aduerſus illas excitat. qm iimicus ꝯfuſus abſcedet: nec tam libẽter ilico reuertetur. In ſer. iij. in vigilia natiuitatꝭ dñi. Nec cedẽdum vel recedẽdũ etiã ſi grauis tentationũ feruor vtriuſqꝫ hoĩs ſtatũ afflixerit: eligamus potius ardere ꝙ̃ cedere. Sup pſal. Qui habitat. ſer. vij. Utrãqꝫ nimirũ pſperitatẽ hũano generi demones inuidere noſcunt. vtraqꝫ eos felicitate fraudare ꝯtendũt. et celeſti videlꝫ ⁊ terrena. ſed lõge amplius rore celi ꝙ̃ pinguedine terre. Hoc ſane nullatenus expedit ignorari: quanã vehementius inſtet pugnarũ hoſtium multitudo. illic nẽpe ſtudioſiꝰ repugnãdũ vbi grauior vrget neceſſitas: vbi totũ belli põdus iminet: vbi colluctatiõis ratio vniuerſa cõſiſtit: vnde parat aut victis ignominioſa captiuitas: aut vincentibus gloria triũphalis. Nam demones qdẽ ſupna nobis et eterna potius inuidere noſcunt. non tamen vt ſibi cedat quod irreparabiliter amiſerunt: ſed ne illuc paup de puluere ſuſcitatꝰ accedat: vñ ipſi in gloria cõditi irreparabiliter ceciderũt. Indignatur et liuore tabeſcit obſtinata malignitas: humanam obtinere fragilitatem: qđ retinere ipſa non meruerit. Sed ſiqñ forte cuiuis tpalia dãna aut inferre conant/aut gratulantur inferri: hec eorũ tota molitio eſt: vt iactura exterior/vel eidẽ ipſi vel alteri occaſio ſit interne. vbi s. ſer. xi. Hec eni tota aduerſuꝫ nos colluctatio ſpũaliũ nequitiarũ eſt vt nos ſeducãt: vt inducant in vias ſuas vt perducãt ad deſtinatũ finem qui paratꝰ eſt eis. In meditatiõibus. Demonum eſt ſuggeſtiones malas ingerere: nrm eſt illis nõ cõſentire. Nam quotiẽs reſiſtimus: diabolũ ſuperamus/angelos letificamus/deũ honorificamus. Ipſe eni nos hortatur vt pugnemus: adiuuat vt vincamus: certantes ſpectat: deficiẽtes ſubleuat: vincentes coronat.

¶ Ca. xviij. de gratiarũ actiõe
Super cantica. ſer. xiij.

ORigo fontiũ ⁊ fluminũ oĩm/mare eſt: virtutũ et ſcientiarũ dñs ieſus xp̃s. Cõtinẽtia carnis: cordis induſtria/volũtatꝭ rectitudo/caſta cõſilia/iuſta iudicia/ſctã deſideria: ex illo manant. Si forte quis callet igenio: ſi qs nitet eloqo: ſi quis moribꝰ placet: inde eſt. inde ſcientie. inde ſapientie ſermo. Ad locũ vnde exeũt reuertant flumia gratiarũ: vt iterũ fluant. Qualiter inquis? Qualiter dicit apl's. In oĩbus gratias agẽtes. Quicqd ſapientie: quicquid te virtutis habere confidis: dei virtuti et dei ſapientie reputa chriſto. In primo ſer. de. xl. qui incipit: Hodie. Siquidẽ fluuis aqua ſi ſtare ceperit cõputreſcet. Sic plane. Sic grãrũ ceſſat decurſus: vbi recurſus nõ fuerit. nec mõ nil augetur ingrato: ſed qđ acceperat ei vertit in perniciem. Fidelis autẽ in modico: cenſet dignꝰ munere ampliori. Refũde igitur in eum qui ſupra te ẽ quicqd in te eſt deuotiõis/quicqd delectationis/qcqd affectionis. vt ſi qua eſt in te grã referat ad ipm. nec tuã queras gloriã ſed ipſiꝰ. Ser. lj. ſup cantica. Diſce in referendo gratiam non eſſe tardus aut ſegnis: diſce ad ſingula dona gratias agere. vt nulla dei dõa debita gratiarũ actione fruſtrent: non grãdia/nõ mediocria/nõ puſilla. In qbuſdã ſentẽtijs. Peremptoria ſiqdẽ res eſt igratitudo: hoſtis gratie/inimica ſalutis/exinanitio meritorũ/ṽtutũ diſperſio/ bñficiorũ pditio. ventus vrens ſiccans ſibi fontẽ pietatis/rorẽ miſericordie/fluẽta grẽ. Dico ego quoniã pro meo ſapore nil

ita diſplicet deo preſertim in filijs gr̄e in hoibus ꝯuerſiōis: q̄admodū ingratitudo. Uias eni obſtruit gratie. et vbi fuerit illa: iam gr̄a acceſſū nō inuenit: locum non habet. Nōne enim iure perditū reputatur qđ ingrato donatū eſt: aut dediſſe nō penitet qđ periſſe videt̄? Oportet ꝓinde gratioſum eſſe hoiem ⁊ deuotū: qui percepta gratie munera manere ſibi deſiderat et multiplicari. Nemo ſane eſt qui non facile ſi querit inueniat: vnde plurimum obnoxius ſit deo. q2 nō eſt qui ſe abſcondat a calore eius. In q̄buſdā ſentētijs. Multos videmus ſatis importune petētes quod ſibi deeſſe cognouerint: ſed paucos admodū nouimus q̄ dignas ſup̄ acceptis bñficijs gratias agere videantur. Nec reꝑhenſibile eſt qđ inſtanter petimus: ſed plane petitioni negat effectū. quia inuenimur ingrati. Et forte clementia eſſe videt̄: ingratis negare qđ poſtulāt. ne cōtingat nobis vt tanto grauius de ingratitudie iudicemur: quāto magis accumulatis bñficijs ingrati ꝓbamur extitiſſe. Felix qui ad ſingula dōa gr̄e redit ad eum: in quo plenitudo eſt oīm gratiaꝝ. cui dum pro accept; nō ingratos nos exhibemus: locū in nobis facimus gratie: vt maiora adhuc accipe mereamur. Oino eni nos ſola a ꝑfectu cōuerſatiōis impedit ingratitudo nr̄a: dum qđdā amiſſum reputās dator qđ ingratus accepit: cauet ſibi decetero: ne tanto plura amitteret: quāto plura cōferret ingrato. Felix ꝓinde qui etiā pro minimis quibuſlibet beneficijs non minimas refert gr̄as. quia grāꝝ actiōez magis q̄ deuotiōez a nobis exigit dator gratie dn̄s deus noſter.

## ¶Ca. xix. De contēptu vane glorie.

Sup pſal. Qui habitat. ſer. vj. Uana gloria leuiter volat. leuiter penetrat. ſed nō leue infligit vulnus. cito interficit. vbi ſ. ſer. xiiij. Non videntes necat inanis gloria. cecos et negligētes qui ſe ei oſtētāt: qui ſe exponūt ⁊ nō potius ipſi inſpiciūt/nō attēdūt/nō diſcutiūt illā: non vidēt deniq3 q̄ vt friuola/q̄ caduca/q̄ vana/q̄ fictilis. Si quis eni intueat̄ hoc mō: non iam occidit eū gl'ia: ſed occidit̄ magis quodāmō ip̄a in puluerē: imo redacta in nichilū. In q̄buſdā ſentētijs. Ꝓpe glorie cupidi: nulla rōe quieſcere pn̄t: cum in ſeipſis penitus nichil inueniūt vn̄ poſſint aliq̄ten⁹ gloriari. Sup can. ſermōe. xiiij. Fratres nemo veſtrū velit laudari in vita iſta. quia quicquid hic fauoris captas: qđ ad deū non retuleris: ipi furaris. Tu ei putride puluis: vnde gloria tibi vn̄? Ubi ſ. ſer. lxxxiiij. Quid nequius ſeruo vſurpāte ſibi gloriam domini ſui? In quibuſdā ſententijs. Nouerat aplus gloriā propriam creatoris eſſe non creature. ſed cōſiderauit rationalem creaturam adeo affectare gloriam: vt aut vix aut nunq̄ ab hoc compeſci deſiderio poſſit. q̄ppe que ad imaginem facta eſt creatoris. Ꝓpterea ſaluberrimū adinuenit ꝯſiliū dicēs. Qn̄ quidē nobis perſuaderi non poteſt/nō gl'iari: ſaltē qui gl'iat̄ in dn̄o gl'iet̄. Sup can. ſer. xiij. Secur⁹ glorior ſi teſte ꝯſciētia de gl'ia cōditoris nichil michi vſurpo. Securus plane: qui iam non contra dn̄m: ſed in dn̄o. Hec nobis gl'iatio nō ſolū nō ꝓhibet̄ ſed ⁊ ſuadet̄ cum dr̄. Gloriā abiuicē q̄ritis: ⁊ gloriā que a ſolo deo eſt/non vultis. Revera gloriari in ſolo deo: non niſi a ſolo deo eſt. In ſermone. iiij. de aduētu. Gloria vero quā abinuicē accipiūt: qui gloriā (que eſt a ſolo deo) non requirūt: vana eſt. qm̄ vani filij hoim. Super can. ſer. xxv. Propterea et oīs gloria ſanctorū intus nō foris ē. hoc eſt nō in flore feni: aut in ore vulgi: ſed in dn̄o. ꝙ cōſciētie ſolus ſit arbiter deus. cui ſoli placere deſiderant: et cui placere ſola vera et ſumma gl'ia eſt. In ſer. iiij. de aduētu. Hec eſt vtiq3 vera gloria: que eſt a ſpū veritatis. Super cantica. ſer. xiij. Nec mediocris gloria iſta q̄ intus eſt. q̄ppe tam vera q̄ de veritate. et in veritate tam rara: vt vix vel paucitas ꝑfectoꝝ ꝑfecte gl'iet̄ in ea. Magna ⁊ rara v̄tus ꝑfecto ē vt magna licet opāte: magnū te ſolum neſcias: ⁊ manifeſtā omnibus

tuam te latere ſanctitatẽ. Mirabilẽ te appere ⁊ ↄtẽptibilẽ reputare: hoc ego ipſis virtutib⁹ mirabilius iudico. Fidelis revera famul⁹ es: ſi de mlta glia dñi tui/etſi nõ exeunte ex te: tamẽ trãſeunte per te: nil tuis manibus adherere contingat. Super can. ſermõe. xxv. Et tutior ſua cuiqꝫ gloria: dum eã habet in ſemetipſo: et nõ in altero. In ſermone de ſctõ iohãne baptiſta. Qui eni conſciẽtias ſuas in alienis labijs poſuerũt: modo magni. modo parui ſunt. modo nulli. ſcđm ꝙ adulantiũ linguis: vel vituperare placuerit/vel laudare. Super can. ſer. xiij. Nam ſapiens gloriator ꝓbabit opus ſuũ: atqꝫ ad lumẽ veritatis diligẽter examinabit. ⁊ ſic in ſemetipſo habebit gloriã: et non in ore alterius. Stultus ſũ ſi ciſtelle labiorũ tuoꝝ gliaꝫ meã credidero: ⁊ cepero mẽdicare eã abs te. cum hr̃e voluero. Nõne nẽpe ĩ tuo arbitrio ẽ ꝓbare me vel improbare ꝓut volueris? Ipſi potius eam repono ſeruãdã: qui potẽs eſt depoſitũ meum ſeruare in illũ diẽ: caut⁹ in cuſtodiẽdo: fidelis in reſtituẽdo. Secura tunc erit vnicuiqꝫ laus a deo: his dũtaxat q̃ hũanas laudes cõtẽpſerũt.

¶ Ca. xx. De grã dei. In ſermone de annũciatione dñi qui ſic incipit: Quam diues in miſericordia.

Cibus anime: gratia dei. Dulciſſimus ſane: et omnẽ habens in ſe ſuauitatẽ et delectamentũ ſaporis: nõ modo delectat: ſed reficit et medetur. Sup can. ſer. lxxxiiij. Anima nr̃a ſpũs eſt vadens et non rediens. ſi ſibi fuerit derelicta: ſemel a facie dei egreſſa vel eiecta: nõ reuertetur oculus eius vt videat bona: ſi nõ requiratur a deo. Oĩs ergo anima querens deũ: ne magnum bonum in magnũ ſibi detorqueat malum: nouerit ſe preuentã in illo: et ante queſitã q̃ꝫ querentẽ. Nam vere ⁊ abſqꝫ dubio: eo quiſqꝫ peſſim⁹ quo optimus eſt: ſi hoc ipſũ q̃ opti⁹ eſt aſcribat ſibi. Nempe peſſimũ hoc. Qꝫ ſi dicat quis (abſit) agnoſco: gratia dei ſũ id quod ſum. ſtudeat autem captare gloriolam pro gratia quã accepit: nonne fur eſt ⁊ latro? Super can. ſer. lxvij. Que vere fidelis anima eſt/agnoſcit iſta: et vtrãqꝫ gratiã confitetur. Primo quidem eam que prima ẽ: qua et preuẽta eſt. poſtea vero et ſubſequentẽ. Nẽpe tunc magis gratia plenã ſe ꝓbat. cum totũ gratie dederit: et primas ſcꝫ partes illi aſcribens: et vltimas. Alioquin quõ gratia plena: ſi quid habuerit: quod nõ ſit ex gratia? Non eſt quo gratia intret: vbi iam meritũ occupauit. Ergo plena cõfeſſio gratie: ipſius gr̃e plenitudinẽ deſignat in aĩa cõfitẽtis. Nam ſi quid de ꝓprio ineſt: in q̃ntũ ẽ gratiã cedere illi neceſſe ẽ. Deeſt gr̃e: quicq̃d meritꝫ deputas. Nolo meritũ: qđ gratiam excludit. Horreo quicquid de meo ẽ: vt ſim meus: niſi ꝙ illud magis forſitan meũ eſt: qđ me meũ fecit. Gratia reddit me mihi iuſtificatũ gratis: ⁊ ſic liberatum a ſeruitute pcti. In quibuſdam dictis. Itaqꝫ initiũ meum ſolius gratie eſt. vt nihil quidẽ mihi in p̃deſtinatiõe attribuam: ſiue in vocatiõe. Nõ ſic ſane ab opere iuſtificationis alienus ſũ. operat̃ et illud gratia: ſed plane mecũ. Porro cõſummatio quidem et ipſa ſolius eſt gratie; nec eſt mihi in hac parte vel cũ ea: ſiue in ea gloriari: quaſi coadiutor ſum aut coopator. Itaqꝫ miſericordia domini ab eterno eſt: et vſqꝫ in eternũ ſuper electos: in medio q̃dem aliquatenus oſtendens liberũ arbitriũ meriti gratia: principiũ vero et finẽ ſoli vẽdicans ſibi: vt ſit nobis alpha et oo dñs de⁹ noſter. Sup can. ſer. xxxij. Sꝫ ſciãt inimici gr̃e: abſqꝫ gratia nec ad cogitãdũ bonũ ſufficere cor humanũ: ſꝫ ſufficiẽtiã ipſi⁹ ex deo eẽ. Nõ eni ſufficiẽtes ſum⁹: vel cogitare aliquid a nobis q̃ſi ex nobis: niſi ipſe dederit nobis: q̃ dat omnibus affluenter.

¶ Ca. xxj. De adiutorio diuino. In ſermõe de vigilia natiuitatꝫ dñi Cuius initiũ eſt: Sãctificamini hodie.

Crede te deo: committe te ei. Nã ſibi quidẽ ipſi fidere: non fidei/ſꝫ perfidie eſt. nec confidentie: ſꝫ diffiden=

ti e magis in ſemetipſo ꝙ̄ in eo habere fiduciā. Is vero fidelis eſt: qui nec ſibi credit: nec in ſe ſperat. factus ſibi tāꝗ̄ vas perditū. ſed ſic perdens aīam ſuā: vt in vitā eternā cuſtodiat eam. Porro id quidē ſola facit humilitas cordis: vt nō ſibi fidelis aīa innitatur: ſed deſerēs ſemetipſam aſcēdat iā de deſerto innixa ſuper dilectum. Super cantica. ſermone. lxxxv. Aſcenſus profecto ardu⁹ eſt: et caſſus conatus abſqꝫ dei adiutorio. Ergo qui ſtat: ſi nō vult cadere nō fidat ſibi: ſꝫ innitatur deo. De⁹ loquitur. ſine me nihil poteſtis facere. Ita eſt. nec ſurgere ad bonū: nec ſtare in bono poſſumus ſine deo. Tu ergo q̄ ſtas da glīam deo: cui⁹ manu erigeris: ipſi⁹ neceſſe eſt ꝟtute tenearis. Multū opus ꝟtute habes: ſꝫ qua induaris ex alto. Ipſa eni ſi pfecta ſit: facile facit aīm victorē ſui: et ſic inuictū reddit ad omnia. Eſt quippe vigor animi cedere neſcius pro tuenda rōe. Uel ſic. Uigor animi qḋ in ſe eſt oīa ad rōem cogēs vł dirigēs. Quid ni oīa poſſibilia ſint innitenti ſup eū qui oīa pōt? Nil oīpotētiā dei clariorē reddit: ꝙ̄ ꝙ omnipotentes facit oēs qui in ſe ſperāt. An non omīpotēs: cui omīa poſſibilia ſūt? Ita animus ſi non p̄ſumat de ſe: ſed ſi confortetur a deo: poterit vtiqꝫ dn̄ari ſui. vt non dominet̄ ei omnis iniuſticia. Ita inꝗ̄ deo innixū: nulla vis. nulla fraus. nulla iam illecebra poterit vel ſtātem deijcere: vel ſubijcere dn̄antē. Alioqn fruſtra nititur. ſi non innititur.

## ¶ Ca. xxij. De merito. ſuper cantica. ſermone. lxviij.

Sufficit ad meritum: ſcire ꝙ nō ſufficiant merita. Sed vt ad meritū ſatis eſt de meritis non preſumere: ſic carere merit̄ ſatis eſt ad iudiciū. Porro infantium renatoꝝ neminem carere meritis: ſed chriſti habere merita conſtat. Quibus ſe tamē indignos reddūt: ſi ſua iſigere nō nequiuerint ſꝫ neglexerint. qḋ quidē piculū iam adulte etat̄ eſt. Merita ꝑinde habere cures: habita data noueris: fructum ſpaueris dn̄i miam: ⁊ oē piculū euaſiſti paupertat̄/ ingratitudinis/ p̄ſumptiōis. Perniocioſa pauptas: penuria meritoꝝ. Preſūptio aūt ſpūs fallaces diuitie. Et ideo felix. cui nec merita ſine p̄ſūptione: nec preſūptio abſqꝫ meritis deeſt. Habet vnde p̄ſumat: ſꝫ nō merita. Habet merita nō ad preſumendū: ſꝫ ad ꝓmerendū. Ipſū nō p̄ſumere: nonne ꝓmereri ē? Ergo eo p̄ſumit ſecuri⁹: q̄ nō preſumit. Sup Qui habitat. ſer. xv. Hoc eni totū hoīs meritū: ſi totam ſpem ponit in eo qui totū hominē ſaluū facit. Quantūcūqꝫ ſpes ꝓceſſerit obtinebit: ſi tamen in deum tota figatur: vt firma ſit ⁊ non titubet. Super can. ſer. lxj. Meū proinde meritum: miſeratio dn̄i. Non plane ſum meriti inops: ꝙ̄diu ille miſerationum non fuerit. Qꝫ ſi mie dn̄i multe: multus nihilomin⁹ ego in meritis ſū. De annunciatione beate marie. ſer. iij. Hec vera hoīs fiducia a ſe deficiētis: ⁊ innitentis dn̄o deo ſuo. Hec inꝗ̄ vera fiducia: et cui miſericordia nō negatur.

## ¶ Ca. xxiij. De fide. ſup cantica. ſermone. xxviij.

Fide mundantur corda: vt poſſit videri deus. Fides neſcia falli. Fides inuiſibilia cōprehendēs: ſenſus penuriā non ſentit. Deniqꝫ tranſgredit̄ fines etiā ratiōis hūane. nature vſum. expientie terminos. Que vtiqꝫ ꝯprehēdit qḋ ſenſus neſcit: expimentū non inuenit. Diſce id habere certius: id tuti⁹ ſequi: qḋ illa ſuaſerit. Deniqꝫ cōprehēdit que ſit lōgitudo. latitudo. ſublimitas et profundū. Qḋ oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs aſcēdit: illa in ſe quaſi quodam inuolucro clauſū portat. ſeruat ꝙ ſignatū. Super can. ſer. lxxvj. Fides tūc ſane ꝓbatior eſſe dinoſcitur: cū credit̄ qḋ non videt̄. Quid magni eſt credere qḋ videris: et tuis nō negare oculis fidē quid laudis meretur? Sed ſi qḋ nō videmus ſperamus per patientiā expectamus: et patientia meritū eſt. Proinde vt nō euacuetur meritum fidei: ſubducat ſe viſui dans virtuti locū. Ubi deus eſt: tu non

poteſ venire modo. venies aũt poſtea. Age tñ. ſequere. quere. nõ te illa inacceſſibilis claritas vel ſublimitas a q̄rendo deterreat: ab iueniēdo deſperet. Si potes credere: om̄ia poſſibilia ſunt credenti. Crede ⁊ inueniſti iam credere inueniſſe eſt. Quere ergo votis. ſequere actibus. fide inueni. Quid nõ inueniat fides? Attingit inacceſſa: deprehendit ignota: cõprehendit im̄enſa: apprehendit nouiſſima. Ipſam deniq; eternitatē ſuo illo vaſtiſſimo ſinu quodāmodo circũcludit (fidenter dixerim) eternā beatamq; trinitatē. quā non intelligo credo: et fide teneo quam nõ capio mēte. Et quidē ante omnia fides querēda ē. In ſer. de octaua paſche. Fide ſiquidē in dei filios adoptamur: fidē in nobis mundus odit atq; perſequitur: fide et vincitur. Porro fides ſine operibꝰ mortua ē in ſemetipſa. Nec mirꝫ videri põt ſi nequaq̄ʒ vincit: qui nec viuit quidē. Queris quenā ſit viuida et victorioſa fides? Illa ſine dubio per quā chriſtꝰ habitat in cordibꝰ noſtris. Xp̄us eni et vita et virtꝰ noſtra eſt. Sermone. ij. paſche. Tamdiu chriſtus in nobis viuit: q̄ʒdiu viuit fides. At poſtq̄ʒ fides noſtra mortua ē: q̊dāmodo xp̄us mortuꝰ eſt in nobis. Porro fidei vitā: opera atteſtantur. Sicut eni corporis vitam ex motu ſuo dinoſcimus: ita ⁊ fidei vitā ex operibus bonis. Itaq; vita quidē corporis anima: per quā mouetur ⁊ ſentit. Uita vero fidei caritas eſt. quia ꝑ illā operatur. Unde et frigeſcente caritate fides moritur: ſicut corpꝰ aīa recedēte. Sup can. ſer. xxiiij. Quedam eni fidei anima: ipſa deuotio eſt. Mors fidei eſt ſeparatio caritatis. Nõ facit hominē rectum fides recta que nõ operatur ex dilectione. Sed nec opera q̄ʒuis recta: rectum cor efficere ſufficiunt ſine fide. Quis enim rectũ dicat hoiem nõ placentem deo? Sine fide aũt impoſſibile eſt placere deo. Qui nõ placet deo: non poteſt illi placere deus. nā cui placet deus: deo diſplicere non poteſt.

¶ Ca. xxiiij. De ſpe. Super cantica. ſermone. lj.

Est locus inter timorē et ſecuritatem. media videlicet ſpes. in qua mens ⁊ cõſcientia molli nimirũ ſuppoſito caritatis ſtratu: ſuauiſſime requieſcit. Eſt autē cum mens nr̄a formidine pene ſeruiliter p̄mit. ⁊ donec quis premitur a ſpũ ſeruitutꝭ paruũq; habet de ſpe de timore plurimũ: nõ eſt ei pax neq; requies fluctuāte nimirũ cõſcientia inter ſpem et timorē: maximeq; q̄ a ſuperexcellente timore abundātius crucietur. Nam timor penā habet. Ceterꝝ ſi paulatim per incrementũ gratie ceperit deficere timor/et ꝓficere ſpes: cũ demũ ad hoc ventũ fuerit: vt perfecta caritas ex toto foras mittat timorem. nõne eiuſmodi anima ſingularit in ſpe cõſtituta videbitur: ac perinde in pace in idipſũ dormire ⁊ requieſcere? Nam qui ſe ſingulariter in ſpe cõſtitutũ ſentit: nõ iam in timore ſeruit ſʒ requieſcit in caritate. Sup pſal. Qui habitat. ſermone. vij. In ſpe viuimꝰ. ne deficiamꝰ in tribulatōe preſenti q̄ in expectatiōe ſimus indefectibiliũ gaudiorũ. Neq; enim vana nobis expectatio aut dubia ſpes videtur innixa nimirꝫ eterne promiſſionibus veritatis. Prorſus magna leticia et exultatio multa nimis: cum vita venerit. In ſer. de ſctõ benedicto. Non ſolũ ipſa vita: ſʒ et promiſſio vite eterne ⁊ expectatio iuſtoꝝ leticia eſt: et tanta leticia vt om̄e qđ concupiſcit: ei nõ valeat cõparari. ſʒ nũq̄d tante leticie ſpes erit ſine leticia? Sup pſalmũ Qui hītat. ſer. ix. Quicq̄d agendũ ſit: quicq̄d declinandũ: quicq̄d tolerādũ: quicq̄d optandũ: tu es dñe ſpes mea. Hec vna michi oīm ꝓmiſſionũ cauſa: hec tota ratio mee expectatiōis. Ibidē ſer. ij. Hoc eſt votũ meũ: hoc eſt ꝓpoſitũ meũ: hec intentio cordis mei. Repoſita ē hec ſpes mea in ſinu meo: et in hac ꝑſeuerabo. Ibidē ſer. ix. Propter te oia detrimentum feci. vt ſtercora arbitror. qm̄ tu es dñe ſpes mea. Si mihi p̄mia ꝓmittũt: ꝑ te obtinēda ſpabo. Si inſurgant aduerſũ me p̄lia: ſi ſeuiat mundꝰ: ſi fremat malignꝰ: ſi ipſa caro aduerſus ſpiritũ concupiſcat: in te ego ſꝑabo. In

ſer.iij.de annūciatione marie. Sola nimirū ſpes apud te dn̄e miſeratiōis obtinet locū:nec oleū mie niſi i vaſe fiducie ponis. Sup pſal. Qui habitat. ſer. ix. Fratres hoc ſapere ex fide viuere ē. Si hec ſapim⁹:vt q̄d cūctamur abijcē oīo ſpes miſeras/vanas/inutiles/ſeductorias.et huic vni tā ſolide/tā perfecte/tā beate ſpei tota deuotiōe animi:toto feruore ſpūs iherere? Si quid illi impoſſibile:ſi quid vel difficile eſt: quere aliud in quo ſperes.ſꝫ verbo oīa poteſt. Quid facilius dictu? Si decreuerit ſaluare nos:ↄtinuo liberabimur Si viuificare placuerit: vita in voluntate eius eſt. Si premia largiri eterna: licet ei q̄d vult facere. Deniqꝫ q̄n in ſe ſperanti deſit illa maieſtas:que tā ſtudioſe monet in ſe ſperari? Plane nō dereliquet ſperātes in ſe. Adiuuabit eos et liberabit eos. Quare? Quib⁹ meritis? Quia ſꝑauerūt in eo. Dulcis cauſa attamen efficax:attamen irrefragabilis. In pſalmo:Qui habitat.ſer.xv. Dulciſſima liberalitas in ſe ſꝑantib⁹ non deeſſe. Non eni dedignat̄ eſſe ſpes miſerorū: miſerator et miſericors dn̄s: non ſeipſū liberatorē.ſimul liberatorē et protectorē in ſe ſperantib⁹ exhibere recuſat. Ibidē ſer.ix. Ecce numera tribulationes ſecundū multitudinē earꝝ. conſolationes eius letificabunt animā tuā.dum nō ad alia cōuertaris:dummodo clames ad eum:dūmodo ſperes in eum. Nempe ad omnē tentationem ad omnē tribulatiōem:ad oēm deniqꝫ cuiuſcunqꝫ modi neceſſitatem: aperta eſt nobis vrbs confugij.ſinus matris expāſus eſt.parata ſunt foramina petre.patent viſcera miſericordie dei nr̄i.

## ¶ Ca.xxv. De caritate. Sup cantica.ſermone.xxix.

CArisma peroptimum caritas eſt plane incōparabile. Deniqꝫ q̄dnam huic cōparādum putamus: que ipſi prefertur martyrio: ac fidei transferēti mōtes? Super can.ſermōe.lxxj. Porro per caritatē:homo in deo/⁊ de⁹ in homine eſt. Quid enim ita dei vt caritas? Nempe et deus eſt. In epiſtola ad clareuallēſ. Caritas libertatē donat/timorē pellit/laborem non ſentit/meritū non intuetur/premium non requirit:et tamen plus omnibus vrget. Nullus terror ſic ſolicitat:nulla ꝑmia ſic inuitant:nulla iuſticia ſic exigit. In ſermone de paſſione domini. Caritas non querit que ſua ſunt. Caritas non irritatur.nō precipitat̄.nunq̄ꝫ excidit. non in foueā ruit.et pro retributis malis cumulat bona. O caritas patiens: ſed et compatiens. Caritas patiēs eſt. ſufficit.caritas benigna eſt. cumul⁹ eſt. Patiens caritas diſſimulat:expectat: ſuſtinet delinquentē: ſed benigna trahit : adducit: conuerti facit ab errore. Benigna caritas etiam quos tolerat amat:et amat ardenter. Sup cantica. ſermone. lviij. Flet quippe caritas.ſꝫ ex amore non ex merore. flet ex deſiderio.flet cū flentib⁹. In epl̄a ad fulconē ligonēſem puerꝝ poſtea archidiaconū. O bona mat̄ caritas:que ſiue foueat infirmos/ſiue exerceat prouectos/ſiue arguat inquietos:diuerſis diuerſa exhibēs ſicut filios diligit vniuerſos. Cū te arguit mitis eſt:cum blanditur ſimplex eſt. Pie ſolet ſeuire.ſine dolo mulcere. patienter nouit iraſci.humiliter indignari. Leſa non prouocat:ſed ſpreta reuocat. Ipſa qꝫ eſt hominū mater et angelorū.non ſolum que in terris:ſꝫ etiam que in celis ſūt pacificauit. Ipſa eſt que deum homini placās :hominē deo reconciliauit. Ad adā monachum. Caritatis profecto damna ſunt ſcandala puſillorum . Nec eni caritas caritatem offēdit:aut contemnit:nec ſentit offenſam. Nam ſeipſam non poteſt negare.nec enim in ſe diuiſa eſt. Nouit poti⁹ in ſe diuiſa coniūgere : coniuncta diuidere neſcit. Pacē diligit:cōgaudet vnitati. Sola quippe eſt que illam generat:colligit: ſolidat et cōſeruat:vbicūqꝫ ſeruari cognoſcitur in vinculo pacis. Ad carthuienēſes ⁊ guydoni priori. Cum omni fiducia caritas pulſat ad oſtium amici . nequaq̄ꝫ putans pati ſe debere repulſam:que amicitiarū ma-

trem ſe nouit.nec vereť:etſi gratiſſimū
paulisper inquietare ociū.propter ſuū
negocium.Illa ſiquidē vera et ſincera
eſt caritas:qua proximi bonum vt no-
ſtrum diligimus.Nam qui magꝫ aut
certe ſolū diligit ſuum:cōuincitur non
caſte diligere bonum quod vtiqꝫ pro-
pter ſe ſe diligit.non propter ipſum.Ad
ogeriū canonicū regularē.Amemus et
amemur i altero nobis.in altero nr̄is
ꝯſulētes.Nā quos amamꝰ: i ip̄is pro-
fecto requieſcimꝰ.a quibus aūt ama-
mur ipſis nos in nobis requiē pamus.
Porro amare in deo:caritatē habere
eſt.Studere vero ꝓpter deū amari:ca-
ritati ſeruire eſt.Super can.ſermōe.lx.
Utrāqꝫ teneo.dilectionē dei:⁊ dilectio-
nem proximi. cum te amo dn̄e ieſu:qui
meus ꝓximꝰ es. qm̄ homo es et feciſti
miam.et nihilominus es ſuper omnia
benedictus deus in ſecula.

## ¶Ca.xxvj.De amore diuino Super cantica.ſermone.lxvij.

FLagrans ac vehemens amor p̄-
ſertim diuinus. cū ſe intra ſe co-
hibere nō valet:nō attēdit quo ordine/
qua lege/q̄ ve ſerie/ ſeu parcitate ver-
borū ebulliat: dūmodo ex hoc nullum
ſui ſentiat detrimētū.Interdū nec ver-
ba requirit : interdum nec voces oīno
vllas.ſolis ad hoc cōtentus ſuſpirijs.
Sup can.ſer.lxxix.O amor preceps ve
hemens flagrās impetuoſe: qui preter
te aliud cogitare non ſinis:faſtidis ce-
tera: contēnis oīa preter te.te cōten-
tus: cōfundis ordinē. diſſimulas vſū.
modū ignoras.totū qđ oportunitatis/
qđ ratiōis/ qđ pudoris/qđ ꝯſilij /iudi-
cij ve ſe eſſe videtur:triumphas in te-
metipſo:⁊ redigis in captiuitatē.Fru-
ſtra ad audiendū/legendum ve amo-
ris carmen qui non amat accedat.qm̄
oīno nō poteſt capere ignitū eloquiū
frigidū pectꝰ. Quō enim grece loquē-
tem intelligit:qui grecum non nouit?
nec latine loquentē:qui latinꝰ non eſt?
et ita de ceteris. ſic lingua amoris ei q̄
non amat:barbara erit.erit ſicut es ſo-
nans: aut cymbalū tiniens. Sup can.
ſermōe.lxxxiij. Amor/ reuerētiā neſcit.
ab amādo quippe amor.non ab hono-
rādo nomiař. Honoret ſane qui horret:
qui ſtupet:qui metuit:qui miratur.va
cant hec omnia penes amantem. Pro-
pterea que amat amat :et aliud nouit
nihil. Ipſi quoqꝫ honori merito.meri-
to ſtupori et miraculo eſt.amari tamē
plus amat.Exigit deus timeri vt dn̄s:
honorari vt pater:et vt ſpōſus amari.
Quid in his p̄ſtat:q̄d eminet? Nempe
amor abſqꝫ hoc ⁊ timor penā habet: et
honor non habet gr̄am.Et q̄ de amore
nō venit honor :nō honor ſed adulatio
eſt.Et quidē ſoli deo honor et gl̄ia:ſed
horꝝ acceptabit neutrū deꝰ:ſi melle a-
moris ꝯdita nō fuerint.Is ꝑ ſe ſufficit:
is ꝑ ſe placet ⁊ ꝓpter ſe.ip̄e meritū.ip̄e
premiū ē ſibi. Amor preter ſe nō requi-
rit cauſā:nō fructū.fructus eius vſus
eiꝰ. Amo q: amo.amo vt amem. Sup
can.ſer.lxxxv.Ubi autē amor eſt:labor
nō eſt: ſꝫ ſapor.qm̄ amāti nihil diffici-
le eſt.In ꝓlogo de cōſideratiōe.Amor
dn̄m neſcit.Per ſe ſatis ſubiectus eſt:
obſequiť ſpōte:gratis obtemperat: li-
bere reueretur.Super can.ſermōe.lix.
Amat et deus. nec aliūde hoc habꝫ:ſꝫ
ipſe eſt vnde amat.et ideo vehemētiꝰ:
quia non amorē:tam habet q̄ꝫ hoc ip̄e
eſt. Neminē ſuſpicit amor.ſed ne deſpi-
cit quidē.Omēs ex equo intuetur: qui
perfecte ſe amāt:et in ſeipſo celſos hu-
miles qꝫ cōtēperat.nec pares modo:ſꝫ
vnū eos facit.Super cantica.ſermone
lxxxiij.Magna res amor.Nā cū amat
deus: non aliud vult q̄ꝫ amari.quippe
qui ob aliud non amat niſi vt ametur.
ſciēs ip̄os amore btōs q̄ ſe amauerint.

## ¶Ca.xxvij.De violētia amoris diuini.Sup cantica.ſermōe.lxiiij.

O Suauitatē.O gratiā.O amoris
vini. ſummus oīm:imus factus
eſt omniū.quis hoc fecit? Amor digni-
tatis neſcius/dignatione diues/affe-
ctu potens/ſuaſu efficax.Quid violen-
tius? Triūphat de deo amor. vt ſcias
amoris fuiſſe qꝫ plenitudo effuſa eſt: qꝫ
altitudo adequata eſt:qꝫ ſingularitas

aſſociata eſt. Super cantica. ſermone lxxxiij. Deus non modo amãs: ſʒ amor eſt. et ſolam amoris vicē requirit ⁊ fidē. Quid ni ametur amor? In quibuſdam dictis. Et quid tam cordium vita: ꝙ̄ deus meus ieſus? Is vere eſt et amãs et amabilis: et totum quod de ipſo eſt. Uere eſt. quando ipſe eſt non aliud ſane ꝙ̄ ipſa veritas. Quis fidus verus ve anime amor: niſi vtiqꝫ is quo veritas adamatur? Rationis ſum cōpos: veritatis ſum capax: ſed vtinã non forem / ſi amor mihi defuerit. Nō ſum ſecurus a ſecuri: ſi abſqꝫ eo īueniar. Ualde omino mihi amãdus eſt: per quem ſum / viuo / ſapio. ſi non ingratus ſum: et indignus. Dignus plane eſt morte: qui tibi domine Jeſu recuſat viuere. et mortuus eſt. et qui tibi non ſapit / deſipit. et qui curat eſſe niſi propter te: pro nihilo eſt et nihil eſt. Propť temetipſū deus feciſti oia. ⁊ qui eſſe vult ſibi / ⁊ nō tibi: nihil eſſe incipit inter omnia. Pro his ergo ita ſum amãs te quantū poſſum. ſed eſt quod me plus mouet / plus vrget / plus accēdit: ſuper omnia inꝙ̄ reddit amabilē te mihi / Jeſu bone: calix quē bibiſti: op⁹ nr̄e redēptiōis. hoc oino amorē noſtrū facile vendicat totū ſibi. hoc eſt qḋ noſtrã deuotionē ⁊ blãdius allicit: et iuſti⁹ exigit: et arti⁹ ſtringit: et afficit vehementius.

## ℂ Ca. xxviij. De continētia.

In ſermōe primo de natiuitate dn̄i.

Continentiã deberi carni quis neſciat? In ſmōe poſt octauas epyphanie. cui⁹ initiū ē In oib⁹ operib⁹ ⁊c. Cōtinentia caſtitatis diluitur: quicq̇d ante luxuria inquinauit. In quibuſdã ſentenčijs. Continētia reſtringitur corpus: ne deiceps ꝑ mortiferas voluptates defluat. In ſer. ij. de paſcha. Qui fornicatur in corp⁹ ſuū peccat. magno illud priuãs honore: et pauēdo adijciens pudēdoqꝫ dedecori. tollens mēbrū chriſti: ⁊ faciēs meretricis. Ego autem non ab ea tantū que tã abominabilis eſt: ſed ab omī voluptate carnis continendum dico. Super can. ſer. j. Quippe ſpiritus ſanct⁹ diſciplie effugiet fictū. qḋ eſt vita incōtinens. Super can. ſer. vij. Porro continētia nō habet meritū apud deū: que gloriã requirit hūanã. Ideoqꝫ maxime op⁹ eſt puritate intentionis: qua ſoli deo mēs et placere appetat: ⁊ valeat inherere. Nec eni aliud eſt inherere deo ꝙ̄ videre deū: quod ſolis mundi cordibus ſingulari felicitate donať. In ſer. v. de aſſūptiōe marie. Nimirū tūc ꝑfecta eſt virt⁹ cōtinentie: qñ in vnitate fidei cū ꝓximis cōiter viuentes non ſupplicij metu / vel hūane laudis appetitu: ſed ſolo diuini amorꝭ obtētu a peccatis nos continemus. qꝛ cōtinētia crebris validis qꝫ tēptatoris ictib⁹ reſiſtere non poteſt: niſi eius gratia protegatur.

## ℂ Ca. xxix. De abſtinētia.

In ſermōe de dn̄ica poſt oct. ephie qui ſic orditur: In operibus dn̄i.

Quod maculauerat crapula: abſtinētia mūdet. Afflictio corpis: mūditia eſt. Sup can. ſer. lxvj. Ego interdū abſtineo: ſʒ abſtinētia mea ſatiſfactio eſt pro pctis. Abſtinebo a vino: quia in vino luxuria ē. Aut ſi infirmus ſum: modico vtar. Abſtiebo a carnib⁹. ne dum nimis nutriunt carnem: ſimul et carnis nutrianť vicia. Panē ipſū cū mēſura ſtudebo ſumere. ne onerato vētre ſtare ad orandū tedeat: ſed ne ſimplici q̇dē aqua igurgitare me aſſueſcã: ne diſtēſio vētris vſqꝫ ad titillationē ꝑtingat libidis. Ad robertū nepotē ſuū. Uinū ⁊ ſimila mulſum et pinguia: corpori militãt nō ſpiritui: frixuris nō aia ſaginať ſʒ caro. Pip. gingiber. ciminū. ſaluia. ⁊ mille hui⁹ mōi ſpēs ſalſamentorum: palatū quidem delectãt ſed libidinem accendūt. Prudēter / ſobrieqꝫ cōuerſanti: ſatis ad omē cōdimentum ſal cū fame. Qua ſola nō expectata neceſſe eſt alias atqꝫ alias ſucis exṫneis cōfici pmixtiōes: q̄ videlʒ ⁊ palatū reparēt: gulã ꝓuocēt: excitēt appetitū. In ſer. de nat. dn̄i. Malum ergo voluptas corpis. bonū ꝟo afflictio eſt. In octaua paſche. ſer. j. Eſt eni martyrij genus et effuſio quedam ſanguinis: in q̇tidiana

corpis afflictõe. illo nimiꝝ quo mēbra cedūtur ferro. horrore q̄dē mitius: ſed diuturnitate moleſti⁹. Sic q̄ppe infirmis et puſillis corde neceſſe eſt: vt quē ſemel pro chriſto ponere nō ſufficiunt: ſaltē mitiori quodā ſeu diuturno martyrio ſanguinē fundāt. Sup cātica. ſer. xxx. Quid vero ꝓdeſt tpare a voluptatibus: et inueſtigandis diuerſitatibus complexionum ciborūq́ꝫ varietatibus exq̄rēdis: quotidianā expendere curā? Legumina inquit ventoſa ſunt. caſeus ſtomachū grauat. lac capiti nocet. potum aque non ſuſtinet pectus. caules nutriūt melācoliā. colerā porri accendūt. Piſces de ſtagno aut de lutoſa aq̄ mee penitus cōplexioni non cōgruunt. Quale ē hoc: vt i totis fluuijs/agris/ortis/cellarijs ve reperiri vix poſſit q̄d comedas? Puta te q̄ſo monachū eſſe: non medicum. nec de cōplexione iudicandum: ſed de profeſſione.

## ¶ Ca. xxx. De pauptate xp̄i.

In ſermone de vigilia natiuitatis. qui orditur Sonuit vox leticie.

Omnium bonorum eterna in celis affluētia ſuppetebat: ſꝫ pauptas non inueniebaꝛ in eis. Porro in terris abūdabat ꝛ ſuperabūdabat hec ſpēs: et neſciebat homo precium eius. Hāc itaq́ꝫ dei filius cōcupiſcēs: deſcēdit vt eam eligat ſibi: et nobis ſua eſtimatiōe faciat precioſam. In. iij. ſermōe de reſurrectiōe dn̄i. Deſcēdit ab inenarrabilibus celi diuitijs et veniēs in mundū: nec iſtas qualeſcunq́ꝫ diuitias habere voluit. ſed in tanta pauptate venit: vt natus cōtinuo ponereꝛ in p̄ſepio. quia nō erat locus in diuerſorio. Et ꝟe magna abuſio. nimis magna: vt diues eſſe velit vermiculus vilis: propter quem deus maieſtatis ꝛ dn̄s ſabaoth voluit pauper fieri. In vigilia natiuitat? dn̄i. ſer. iiij. Ditior deniq́ꝫ chriſti pauptas cūctis opib⁹: cūctiſq́ꝫ theſauris. Quid enim humilitate ditius: quid p̄cioſius inueniꝛ: qua nimiꝝ regnū celoꝝ emiꝛ: ꝛ diuia gratia acquiriꝛ? In ſer. de oib⁹ ſanctis. Uis obtinere celū? Pauptatis vilitatem amplectere. et tuum erit. In ep̄lis. Non eni pauptas virtus reputatur: ſed pauptatis amor. In ſermōe de oībus ſc̄tis. Amicitia paupeꝝ: regum amicos cōſtituit. Amor pauptatis reges. Regnū deniq́ꝫ celoꝝ: pauperū eſt. Btūs qui poſt illa non abijt: q̄ poſſeſſa onerāt/amata inq̄nāt/amiſſa cruciāt. In. iiij. ſer. de aduē. Magna q̄dā pēna eſt pauptas: qua tācito volaꝛ in regnū celoꝝ. Nam pauptati non tm̄ promittitur q̄tū datur. Uidem⁹ autē paupes aliq̄s qui ſi verā haberēt pauptatem: non adeo puſillanimes inuenirentur ꝛ triſtes: vtpote reges et reges celi. Sed hi ſunt qui paupes eſſe volūt: eo tamē pacto vt nichil eis deſit. et ſic diligunt pauptatē: vt nullā inopiā patianꝛ. In ſer. de paſſiōe dn̄i. Hoīes aūt bōe volūtatis qui chriſtiana volūtate diuitias pauptate cōmutarūt: ꝛ etiā non habitas tanq̄ꝫ habitas ꝯtēpſerūt: relinquētes oīa ꝓpter chriſtū (ſicut ꝛ ipſe reliq̄t oīa ꝓpter ipſos) ſequūtur eū quocūq́ꝫ ierit. In q̄buſdā dictis. Felix voluntaria pauptas relinquētiū oīa: ꝛ ſequētiū te domine ieſu. In ſer. de oībus ſc̄tis de euāgelio. Uere martyrū gen⁹ pauptas volūtaria. Quid mirabilius aut quod martyriū grauius eſt: q̄ꝫ inter epulas eſurire: inter veſtes multas et p̄cioſas algere: pauptate premi inter diuitias quas offert mūdus/quas oſtētat malignus/quas deſiderat nr̄ ipſe appetitus? An nō merito coronabitur: qui ſic certauerit? In q̄buſdā ſentētijs. Uolūtaria pauptas ſuos a gemia impugnatione (qua hui⁹ mūdi amatores expugnātur) reddit ſecuros. ſcꝫ ꝓpria inuidia ꝛ aliena. Pauptas eni dū putatur miſera: aliena caret inuidia. ꝛ quia eſt volūtaria: nemini quicq́ꝫ inuidet.

## ¶ Ca. xxxj. De tribulatione.

In ſermone de palmis Nō ſine cauſa.

Hec eſt via vite tribulatio p̄ſens: via glorie: via ciuitatis habitaculi: via regni. Super pſal. Qui habitat. ſer. xvij. Utilis tribulatio q̄ ꝓbatiōem operaꝛ: ducit ad gloriā. Omne gaudiū

exiſtimem⁹: cum in tribulatões varias
inciderimus. Res eni neceſſaria tribu-
latio: q̄ in gloriā vertit̄. triſticia que in
gaudiū mutat̄. Gaudiū ſane longum:
qđ nemo tollat a nobis. gaudium mul
tiplex. gaudiū plenū. Bonū ergo mag⁊
neceſſitas ꝙ voluptas. ꝗ cū vtraqꝫ res
citius tranſeat: altera penam habeat.
Altera ſit paritura coronā. Res neceſ-
ſaria iſta neceſſitas: q̄ coronam parit.
Gloriemur in tribulatione. in ea ſiqđē
ſpes glorie. imo et ipſa in tribulatione
gloria cōtinetur: ſicut ſpes fructus in
ſemine. In hunc modum modo regnū
dei intra nos eſt. theſaurus ingens in
fictili vaſe. in agro vili. Eſt inqꝫ ſ3 abſ-
conditum eſt. latet gloria: abſcondita
nobis eſt in tribulatione. Cū ipſo ſum
in tribulatiōe (ait deus) ⁊ ego aliud in-
terim ꝙ tribulationē requirā? Michi
adherere deo bonū eſt. Deſcendit vt ꝓ-
pe ſit/ his qui tribulato ſunt corde: vt
nobiſcū ſit in tribulatione noſtra. Sup
pſalmū Qui habitat. ſermone. xvj. Un
ſcimus ꝙ ſit nobiſcum in tribulatiōe?
Ex eo vtiqꝫ ꝙ in ipſa tribulatiōe ſum⁹
nos. Quis eni ſuſtineret/ quis ſubſiſte-
ret/ q̄s ꝓſiſteret ſine eo? Ibidē. ſer. xvij.
Bonū mihi dn̄e tribulari: dūmodo ipe
ſis mecū: ꝙ regnare ſine te/ epulari ſi-
ne te/ ſine te gloriari. bonū ī tribulatōe
magis amplecti te. in camio habere te
mecū: ꝙ eſſe ſine te vel in celo. Aurum
probat fornax. et viros iuſtos tentatio
tribulatiōis. Ibi. ibi cū eis es dn̄e. ibi
in noīe tuo congregatis medius aſtas.
Quid trepidamus: q̄đ cūctamur: quid
refugim⁹ hūc caminū? Seuit ignis. ſed
dn̄s nobiſcū eſt in tribulatione. Ibidē
ſer. xvj. Quando autē erimus nos cum
ipſo? Nimirū q̄n rapiemur obuiā chri-
ſto in aera. et ſic ſemꝑ cū dn̄o erimus.
Ibidē. ſer. xvij. ſi tamē curem⁹ eū inte-
rim nobiſcū habere. vt ſit comes vie: q̄
patrie redditor eſt futur⁹: imo qui tūc
patria modo ſit via. In plenitudie gr̄e
nobiſcū eſt: in plenitudine glorie erim⁹
nos cum ipſo.

¶ Ca. xxxij. De patiētia. Ad
adam monachū. Si maneres.

Vera patiētia eſt pati vł agere cō-
tra qđ libeat: ſed nō ꝑter qđ li-
ceat. Ad magiſtrū gilbertū vniuerſalē
epm londoniēſem. Pauperiē equo aīo
ferre: virtus patientie eſt. Spōte appe-
tere ſapiētie laus eſt. In quibuſdā ſen-
tentijs. Impatiētia: anime ꝑditio eſt.
Siquidē propter impatientiā q̄ patiē-
tia caruerūt perierūt. Ad ſymonē ab-
batē ſancti nycolai. Oēs qui pie volūt
viuere in chriſto: perſecutionē patiūt̄.
ita vt cū nunqꝫ deſit eis pie velle: non
ſemper tamen aſſit et perficere pro bo-
na voluntate. Sicut eni impiorum eſt
pijs bonoꝝ propoſitis aſſidue reluctа-
ri: ſic contra pietatē nō eſt (propter ad-
uerſitatem) ꝙuis iuſta ⁊ ſcā deſideria
paucorum plerūqꝫ nō perfici. In tertio
ſermōe de annūciatione beate marie.
Qui patientiā nō ſeruauerit: ꝑdet iuſti-
ciā. hoc eſt vitā perdet. hoc eſt perdet
animā ſuā. In ſermone de paſſiōe dn̄i.
Uide opera dn̄i: flagellis ceſus. ſpinis
coronatus. clauis ꝯfoſſus. affixus pa-
tibulo. opprobrijs ſaturat⁹. oīm tamē
dolorū immemor/ ait. ignoſce illis. In
ſer. ij. de paſcha. Uide ergo ne ꝑ impa-
tientiā pereas. ſed vniuerſa pro deo ſu-
ſtine. qꝛ ꝓ te maiora ſuſtinuit: et apud
quē patiētia infructuoſa nō erit. Sup
can. ſer. xlviij. Utrūqꝫ es mihi dn̄e ſpe-
culū patiendi: et premiū patiētis. Tu
doces man⁹ meas ad preliū exemplo
virtut⁊ tue. tu caput meū poſt victoriā
tue coronas ꝓſentia maieſtatis. Utrū-
qꝫ fortiter ꝓuocat/ ac vehemēter accē-
dit. In vtroqꝫ mirabiliter tibi me alli-
cis: vterqꝫ funis violētiſſimus ad tra-
hendum. Trahe me poſt te. libenter te
ſequor. libētius fruor. Super can. ſer-
mone. xxi. Quā pauci poſt te o dn̄e ire
volunt: cū tamē ad te peruenire nemo
qui nolit. hoc ſcientibus cūctis: qꝛ de-
lectationes in dextera tua vſqꝫ in finē.
Et propterea volunt omnes te frui: ac
non ita et imitari. Conregnari cupiūt:
ſed non compati. Non curant querere:
quem tamē deſiderant inuenire. cupi-
entes conſequi: ſed non ſequi.

## Ca.xxxiij. De iuſticia. In ſermōe de aduētu domini. Qui incipit In aduentu domini.

IUſticia virtꝰ eſt: qđ ſuū eſt vnicuiqꝫ tribuens. Tribue ergo tribus que ſua ſunt. redde ſuꝑiori: redde inferiori: redde eq̄li: cuiqꝫ qđ debes. Redde inqꝫ reuerentiā ꝑlato et obedientiā. quarū altera cordis: altera corporis ē. Nec eni ſufficit exteriꝰ obtēperare maioribꝰ noſtris: niſi ex ītimo cordis affectu ſublimiter ſentiamꝰ de eis. Sic ⁊ fratribus nr̄is inter q̄s viuimꝰ: ip̄o iure fraternitatis et ſocietatꝫ hūane: cōſiliȷ̄ ſumꝰ et auxiliȷ̄ debitores. Hec eni volumꝰ vt et ipſi nobis impēdant cōſiliū: q̄ erudiat᷑ ignorātia nr̄a. Auxiliū: quo iuuetur infirmitas nr̄a. Sꝫ nullū ego cōſiliū melius arbitror ꝙ̄ ſi exēplo tuo fratrē tuū ſic docere ſtudeas q̄ oporteat et q̄ non oporteat fieri: ꝓuocās eū ad meliora: et conſulēs ei nō verbo neqꝫ lingua: ſed opere et veritate. An vero vtilius aut efficatiꝰ auxiliū aliqđ eſt ꝙ̄ vt ores deuote ꝓ eo: vt nō diſſimules redarguere culpas eiꝰ: vt nullū ei offendiculū ponas: ſed et ſolicitus ſis quantū ꝓuales tanqꝫ angelus pacis de regno dei ſcandala tollere: et occaſiones ſcandalorū penitus remouere. Si talē te fratri cōſiliarium et auxiliariū exhibes: reddis ei quod debes: nec habet vnde cauſet᷑. Porro ſi cui forte ꝑlatus es: huic ſine dubio teneris debitor ſolicitudis amplioris. Exigit a te ⁊ ipſe cuſtodiam et diſciplinā. cuſtodiam quidem vt poſſit cauere peccatū. diſciplinam vero vt qđ minus cauit: minime maneat impunitum. Quod ſi nemini fratrū preeſſe videris: habes tamen ſub te cui cuſtodiā hanc et diſciplinā oporteat exhiberi. Dico autē corpus tuum qđ ſine dubio regendū accepit ſpiritus tuus. Debes ei cuſtodiā vt nō regnet in eo peccatū: nec mēbra tua arma fiāt iniq̄tati. Debes ⁊ diſciplinā. vt dignos faciat penitentie fructus: caſtigatū et ſubditū ſeruituti. Longe tamē grauiori et periculoſiori debito tenentur aſtricti: qui pro multꝫ animabꝰ reddituri ſunt rationē. In ſermone quarto de epyphania dn̄i. Eſt autē iuſticia quedam ſtricta et anguſta valde: nec preponere ſe equali: nec equare prepoſito. Huius diffinitio eſt: reddere vnicuiqꝫ qđ ſuū eſt. Altera latior ⁊ amplior iuſticia. nec equari ſe pari: nec īferiori ſe ꝓponere. Sicut eni grādis et grauis ſuperbia eſt preferre ſe equali aut equare prelato: ita magne humilitatꝫ eſt inferiorē ſe exhibere equali aut equalē inferiori. Maxima et plena eſt iuſticia ſe inferiorē exhibere etiā ipſi inferiori. Sicut eni ſūma ⁊ intolerabilis ſuꝑbia eſt ſuperiori ſe preponere: ita inferiori ſe ſubdere ſūma et plena iuſticia eſt. Studeamꝰ obſecro adimplere omnē iuſticiā. ipſa eni eſt via per quā ad leticiā venitur. Nā leticia premium eſt: iuſticia vero meritum et materia.

## Ca.xxxiiij. de mia. In ep̄la ad guidonem trium fontium abbatē.

MIſericordia affectio ē: q̄ nec volūtate coercet᷑/nec ratiōi ſubȷ̄citur: q̄n non eā quiſqꝫ in ſe ꝯtrahit volūtario nutu: ſꝫ ipſa pias mentes ad cōpaſſionē dolentiū neceſſario cogit affectu. ita vt etiā ſi peccatū eſſet miſereri: etſi multū vellē nō poſſem tn̄ nō miſereri. Poteſt q̄dē ratio vl' volūtas affectui effectū ſubtrahere: ſꝫ nūq̄d ipꝫ affectū euellere. In ep̄la. ij. ad carthuſienſes. Iuſticia meritū q̄rit: mia miſeriā ītuetur. Uera mia nō iudicat/ſꝫ afficit. nō nitit᷑ diſcuſſiōe: occaſione ꝯtenta. Non eni expectat᷑ rō: vbi affectio trahit. Ad rainaldū fuſniacēſem abbatē. Mens ſiquidem quā ſemel afficit caritas: ſui iuris eē nō ſinit᷑. Metuit q̄ neſcit: dolꝫ q̄ nō oportet: ſolicitat᷑ plꝰ ꝙ̄ voluerit: et vn̄ noluerit: cōpatit᷑ nolens: miſeret᷑ inuita. In ſer. iiij. de aduētu. Sūt q̄dam miſericordes de his que ad ipſos non ꝑtinent: q̄ ſcādalizant᷑ ꝗ nō dat᷑ oībus abundanter: ſic tn̄ vt ipſi ne in modico quidē grauent᷑. q̄ ſi miſericordes eſſēt: de ſuo facere deberent miam. ſi nō p̄nt de terrena ſubſtātia: de volūtate bona darent his q̄ contra eos forte peccare viderent᷑ idulgētiā. darēt dulce ſignū:

verbū bonū qđ eſt ſuper omne datum optimū. vt eoꝝ mentes ad penitentiā prouocarēt. Deniqꝫ ⁊ his oībus quos in pctō eſſe cognoſcerent: cōpaſſionem impenderent ⁊ orationē. Alioquin mia illoꝝ nulla eſt: ⁊ miam ꝯſequentᷣ nullā.

Quid tam pauēdū: q̄d tam plenū anxietatis et vehemētiſſime ſolicitudinis excogitari pōt: q̄ꝫ iudicādū aſtare illi tam terrifico tribunali: et incertā adhuc ſub tam diſtricto iudice expectare ſententiam? In quibuſdam dictis. Ubi iudex teſte non indiget: vbi veritas diſcutit intētiōes: vbi inquiſitio culpaꝝ pertingit ad abdita cordis Ubi deniqꝫ ſecretiſſimos receſſus mentiū diuinus ille inueſtigat intuitus: et

ad ſubitū illū ſolis fulgorē aiaꝝ expāſi ſin⁹ cuncta ſiue bona ſiue mala euomunt q̄ celabant. Ibi faciētes et conſentiētes pari pena punienť. Ibi fures et ſocij furū ſimilē ſūt excepturi ſentētiā. Ibi par ſubibūt iudiciū: et q̄ lactāt ⁊ qui lactanť pctōꝝ. In epl'a ad robertū monachū. Ueniet veniet q̄ male iudicata reiudicabit. illicite iurata cōſutabit. qui faciet iudiciū iniuriā patiētibus. Ueniet inq̄ꝫ veniet dies iudicij: vbi plus valebūt pura corda q̄ꝫ aſtuta verba: ⁊ conſcientia bona q̄ꝫ marſupia plena. q̄nquidē iudex ille nō falleť verbis: nec flecteť donis. Sup can. ſer. lv. Uerendū valde cū ad hoc ventū fuerit: ne in tā ſubtili examie: multe nr̄e iuſticie (vt putanť) peccata appareāt. Unū eſt tn̄: ſi noſmetipſos dijudicauerimus: non vtiq̄ꝫ iudicabimur. Bonū iudiciū: quod me illi diſtricto diuinoq̄ꝫ iudicio ſubducit et abſcondit. Uolo vultui ire iudicatus p̄ſentari nō iudicand⁹. Sup pſal. Qui habitat. ſer. viij. Erit eni tūc nō mie ſed iudicij temp⁹: nec vlla oīno credenda eſt erga impios futura illic miſeratio: vbi nulla ſperāda eſt correptio. Judicemur interim fratres: et terribilē illam expectationē ſtudeamus preſenti declinare iudicio. De aduētu dn̄i. ſer. iiij. Quicūq̄ꝫ eni iudicari diſſimulāt eo iudicio quod nunc eſt: in quo princeps hui⁹ mundi eijcieť foras. iudicē expectent vel magis timeāt a quo cū ipſo principe ſuo foris eijcienť ⁊ ipi. Sup pſal. Qui habitat. ſer. viij. Attn̄ prius benedicti vocabūtur in regnū: q̄ꝫ maledicti in caminū ignis deijciantur eterni. quo videlicet acrius doleāt videntes q̄d amiſerint. Hoc plane graue eis tormentū: ⁊ magnus q̄dē cumulus malorū erit. Sic iuſti q̄ꝫ videbūt et letabuntur: cōſiderātes quid euaſerint. In illa ergo tanta ſeparatiōe erit electis cōſideratio reproboꝝ: imenſa q̄dā materia gratiaꝝ actōis et laudis. Nō ſolū aūt: ſed ⁊ ſecuritas p̄fecta iuſtoꝝ erit viſa retributio pctōꝝ. qua videlicꝫ nec humanā aliq̄n: nec diabolicā vltra vereri maliciam poſſint.

## ❡ Capitulū. xxxiiij. de penis inferni. In meditationibus.

Quis putas tūc meror erit: q̄s luctus: q̄ triſticia cum ſeparabunť impij a conſortio iuſtorum / ⁊ a viſione dei: ⁊ traditi in poteſtate demonū: ibūt cum ipſis in ignem eternum. ibiq̄ꝫ erūt ſine fine in luctu et gemitu. Procul q̄ppe exiliati a beati paradiſi patria: cruciabuntur in gehenna perpetua nunq̄ꝫ lucem viſuri: nunq̄ꝫ refrigeriū adepturi. ſed milia miliū in inferno cruciādi: nec vnq̄ꝫ inde liberādi. vbi nec qui torquet fatigatur: nec qui torquetur aliquādo moritur. Sic enim ignis conſumit ibi: vt ſemp̄ reſeruet. ſic tormenta aguntur: vt ſemper renouentur. Juxta vero qualitatē culpe: penam ſuſtinebit vnuſquiſq̄ꝫ gehēne. ⁊ ſimilis culpe rei: ſuis ſibibus iungētur cruciandi. Nihil aliud ibi audietur niſi fletus et planctus: gemit⁹ et vlulatus: merores atq̄ꝫ ſtridores dentiū. Nihilq̄ꝫ ibi videbitur niſi vermes et laruales facies tortorū atq̄ꝫ teterrima mōſtra demonioꝝ. Uermes crudeles mordebunt intima cordis. Hinc dolor / inde pauor / gemitus / ſtupor ⁊ dolor horrens. Ardebūt miſeri in igne eterno: in eternū ⁊ vltra. In carne cruciabūtur per ignem. In ſpū: per conſcientie vermē. Ibi erit dolor intolerabilis. fetor incomparabilis. timor horribilis. mors corporis ⁊ aie ſine ſpe venie et miſericordie. Sic tamē morientur vt ſemp̄ viuāt. et ſic viuent vt ſemp̄ morianť. In q̄dā ſer. Horrēdū gehēne ſupplicium: in quo ſunt tenebre exteriores / vbi nulla confeſſio / vnde nemini datur exire. In q̄buſdā ſentētijs. Cruciatus illos et tormēta nullus termin⁹ finit: nullus animus ſufficit cogitare. In libro quinto de conſideratiōe. O q̄ꝫ male mali oēs locati ſunt. Videnť vt confundanť. et non vident ne cōſolenť. A quo vel a quib⁹ videntur? Ab omni vidente: vt pro multitudine intuentiū ſit confuſio multa. Atq̄ꝫ null⁹ de tanta numeroſitate ſpectātiū moleſtior oculus cuiuſq̄ꝫ ſuo. Non eſt aſpectus ſiue in celo / ſiue in terra: quē tenebroſa cō

ſcientia ſuffugere magis velit: minus poſſit. Non latent tenebre vel ſeipſas: ſe vident que aliud nõ vident. Opera tenebrarũ ſequitur illas. Non eſt quo ſe abſcondãt ab illis. Hic eſt vermis q̃ non moritur memoria preteritorꝝ. Semel iniectus vel potius humatus per peccatũ: heſit firmiter. neq̃ꝫ deinceps auellendus. Nec ceſſat rodere conſciẽtiam. eaqꝫ paſtus eſca vtiqꝫ incõſũptibili perpetuat vitã. Horreo vermẽ mordacem et mortẽ viuacem. Horreo incidere in manus mortis viuentis et vite morientis. Hec ſecunda mors q̃ nunq̃ꝫ peroccidit: ſꝫ ſemp occidit. In q̃buſdã ſententijs. Ubi nimirũ peccati ipſius ⁊ carnis q̃dãmõ ſimilis videbit̃ eſſe conditio. vt queãdmodũ culpa ſemp puniri poterit: nec vnq̃ꝫ poterit expiari. ſic nec in corpore aliq̃n tormẽta finiri: nec corpus ipſũ exinaniri valeat in tormẽtis. Merito quidem vltio ſempiterna deſeuiet q̃ nũq̃ꝫ poſſit culpa deleri. nec ſubſtãtia carnis deficiet: ne ſi ſis cogat̃ etiã afflictio carnis termiari. Hec frẽs mei q̃ pauet cauet: q̃ negligit incidit.

¶ Explicit liber ſextus.

## ¶ Incipiũt capl'a libri. vij.


¶ De aſcenſione et deſcenſione dñi j.
De deſcenſione et aſcenſione nr̃a ij.
De duplici morte hominis iij.
De morte et vita chriſti iiij.
Q꞉ chriſt⁹ q꞉ homo fuit: mori potuit. quia iuſt⁹: mors eius nos liberauit v.
De infirmitate et maieſtate xp̃i vj.
De duobus conſiderãdis in opere noſtre redemptionis vij.
De duabus rebus que conſolãtur eccleſiam preſentem viij.
De duplici dilectione. ſpiritali et carnali ix.
De vita et ſenſu anime x.
De duob⁹ gradib⁹ in vita ſp̃us xj.
De duabus alis animarũ xij.
De duabus operationib⁹ ſer. dñi xiij.
De duplici lingua dei et aie xiiij.
De vigore et languore amoris xv.
De duplici caritate actuali et affectuali xvj.
Q꞉ alius ſit ordo caritatis actualis: alius affectualis xvij.
De duplici humilitate xviij.
De humilitate et hũiliatione xix.
De intellectu et affectu xx.
De cognitione et amore xxj.
De meditatione et oratione xxij.
De duplici confeſſione xxiij.
De duabus ſpeciebus ſuperbie xxiiij.
De duabus ſpeciebus hũilitatis xxv.
De duobus quibus ſibi cauet cõtemptor humane laudis xxvj.
De duob⁹ in ꝯſilijs neceſſarijs xxvij.
De duobus in que diuiditur monaſterialis obſeruatio xxviij.
De duob⁹ i mõaſterijs obſuãdis xxix.
De auctoritate precipiẽtium/et qualitate preceptorum xxx.
De neglectu ⁊ cõtẽptu mãdatorꝝ xxxj.
De gemina ſpecie viciorum xxxij.
De veteri et nouo homine xxxiij.
De duplici timore xxxiiij.
De duabus filiabus ignorãtie xxxv.
De duplici malo. inato ⁊ ſciato xxxvj.
De duplici corruptione anime ſcilicet et corporis xxxvij.
De duplici malicia diaboli xxxviij.
De duplici ſcientia mala xxxix.
De duabus ſanguiſuge filiabus xl.
De duobus generibus hoſtium nobis aduerſantium xlj.
De duobus lateribus ſcale xlij.
Q꞉ duobus modis ſe debꝫ vnuſquiſqꝫ irreprehẽſibilem exhibere coram deo et hominibus xliij.
De duplici cõuerſione. ſcilicet exteriori et interiori xliiij.
Q꞉ duob⁹ mõis a corde vita ꝓcedit xlv.
De vicijs et virtutibus pariter confligentibus xlvj.
De voluntate et opere xlvij.
De timore ⁊ iuſtificatione xlviij.
De duplici abyſſo xlix.
De gemio argumẽto amoris dei erga nos l.
De duplici ꝯſilio. bonorꝝ ſcꝫ ⁊ malorꝝ lj.
De profectu et defectu lij.
De duplici conſideratione ſui liij.
De duplici pudore liiij.
De lege et gratia lv.

De duplici genere preceptorū lvj.
De duplici ira dei lvij.
De duobus diebus lviij.
Q̄ʒ ob duplicem cauſam: nobis deus miniſtrat temporalia lix.
De proſperitate et aduerſitate lx.
De gemina vnitate bonorum lxj.
De duplici generatione lxij.
De fide et ſpecie lxiij.
De duobus que in intentione neceſſaria ſunt lxiiij.
De gratia et libero arbitrio lxv.
De volūtario conſenſu ⁊ naturali appetitu lxvj.
Quid habeamus ex gratia: quid ex libero arbitrio lxvij.
De preſentia noſtra cū deo: et peregrinatione noſtra ab ipſo lxviij.
De virtute et ſapientia lxix.
De actiua vita et contēplatiua lxx.
De duobus generibus pariendi ſpiritali matrimonio lxxj.
De duplici exceſſu lxxij.
De duplici promiſſione dei lxxiij.
De duplici ſeſſione corporis ſcilicet et anime in futuro lxxiiij.
De gaudio domini et expectatiōe animarum ſanctarum lxxv.
De duplici glutino quo ſibi coherent beati ſpiritus in celo lxxvj.
¶ Expliciūt capitula ſeptimi libri.

## ¶ Incipit liber ſeptimus.

### ¶ Ca. j. De aſcenſione et deſcenſione dn̄i. In q̄buſdā ſentētijs.

Dominus nr̄ ieſus xp̄s volens nos docere quomō in celum aſcenderemus: fecit ipſe qđ docuit. aſcēdit in celū. Et qm̄ aſcēdere nō poterat/niſi prius deſcēdiſſet: deſcēdere aūt eū vel aſcendere nō patiebat̄ diuinitatis ſue ſimplicitas. q̄ppe q̄ nec minui poteſt: nec augeri: aut aliquo mō variari. aſſūpſit in vnitate ſue pſone naturā nr̄aʒ. id eſt humanā. in qua d̄ſcēderet ⁊ aſcēderet: viamq; nobis qua ⁊ nos aſcēderemus oſtēderet. Manens itaq; qđ erat in natura ſua: deſcēdit et aſcēdit ꝓpter nos in noſtra. attingēs nimirꝫ a fine vſq; ad finē fortiter: ⁊ diſponens oīa ſuauiter. Deſcēdit ſiqdē quo inferius nō decuit. Aſcēdit quo celſius nō potuit. Ipſumq; deſceſſum egit fortiter. quia virtꝰ erat. Aſcenſū diſpoſuit ſuauiter. q2 ſapiētia erat. Sunt aūt gradus in deſcēdendo: ſunt ⁊ in aſcēdēdo. In deſcendendo primus quidē gradus ē a ſūmo celo vſq; ad carnē. ſcđs vſq; ad crucem. tertius vſq; ad mortē. Ecce quouſq; deſcēdit. Uidimꝰ deſcenſū: videamus ⁊ aſcenſū. Sʒ ⁊ ille q̄q; triplex ē. Et eius primus gradus: gloria reſurrectiōis. ſecūdus ptās iudicij. tertius cōſeſſus ad dexteram patris. Et de morte q̄dē meruit reſurrectiōem: de cruce iudicis ptātē. vt qm̄ in illa iniuſte iudicatꝰ eſt: de illa iuſtā obtineret iudicis cenſurā. Ipſam vero ſerui formā. id ē carnē in qua paſſus eſt reſuſcitatā euexit ſup oēs celos et ſup omnes angeloꝝ choros vſq; ad dexterā patris. Quid hac diſpoſitione ſuauiꝰ vbi mors abſorbet̄ in victoria: vbi ignominia crucis vertit̄ in gloriā: vbi ⁊ ipſa carnis hūilitas ex hoc mundo trāſit ad patrē: hac aſcēſiōe nichil ſublimius: hoc honore nichil glorioſiꝰ dici poteſt aut excogitari. Sic per incarnationis ſue myſterium deſcendit ⁊ aſcendit dn̄s: relinquēs nobis exēplū vt ſequamur veſtigia eius.

### ¶ Capi. ij. De deſcenſione et aſcenſiōe nr̄a. In quibuſdā ſentētijs.

Deſcendamus per viā hūilitatis. Ponat̄q; nobis primus gradus eius. id ē primus ꝓfectus. nolle dn̄ari. ſcđs velle ſubijci. tertius in ipſa ſubiectione quaſlibet cōtumelias ⁊ iniurias illatas equanimiter pati. Diabolus ⁊ homo vterq; aſcēdere ꝑpoſtere voluit. hic ad ſcientiā: ille ad potentiā. ambo ad ſupbiā. Non ſic aſcēdere velimus. Primus gradus aſcendēdi eſt innocētia opis: ſcđs mūdicia cordis: tertius fructꝰ edificatiōis. quos gradus miro modo inuenimus in ſupioribus gradibus deſceſiōis. Ibi q̄ppe fuerat tertiꝰ

gradus: tolerantia iniuriarū. Ipſa eſt
que ꝓbat huius aſcenſionis premiū.i.
innocentiā operis . Ibi ſecund⁹ fuerat
patiētia ſubiectionis. et ipſā operatur
mūdicia cordis que eſt ſecūdus grad⁹
aſcenſionis. Ad hoc eni doctores ꝑla=
tos habem⁹ vt cor mūdemus. Ibi etiā
primus gradus fuerat contēptus do=
minatōis: hic terti⁹ eſt fructus edifica
tiōis. Quiſqꝫ aūt dn̄ari nō appetit: is
ꝓfecto fructuoſe ꝑeſt ceterꝫ īſtituēdis.

## Capi.iij. De duplici morte hominis. In libro de laude noue milicie. capitulo.xj.

PEccatum preceſſit vt ſequeretur
mors. qđ ſane ſi cauiſſet hō: mor=
tem non guſtaſſet ineternū. Peccando
itaqꝫ vitā amiſit ꝛ mortē inuenit. Qm̄=
quidē et deus ita ꝑdixerat: et iuſtū ꝓ=
fecto erat vt ſi peccaret hō moreretur.
Quid nāqꝫ iuſtius poterat ꝙ̄ recipere
talionē? Uita ſiquidē anime deus eſt:
ipſa corpis. Peccādo volūtarie volēs
ꝑdidit viuere. nolēs ꝑdat et viuificare.
Sponte repulit vitā: cū noluit viuere:
nō valeat eā dare cui vel quaten⁹ vo=
luerit. Noluit regi a deo: nō valeat re=
gere corp⁹. Si nō paret ſupiori: cui īfe
riori impet? Inuenit cōditor ſuā ſibi re
bellē creaturam: īueniet aīa ſuā ſibi re
bellē pediſſequaꝫ. Nō potuit diuidi a
deo aīa niſi peccādo nec corpus ab ipa
niſi moriēdo. Nil ꝓfecto cōgruētius ꝙ̄
vt mors opata ſit mortē. ſpiritalis cor=
poralē. culpabilis penalē. voluntaria
neceſſariā. Cū ergo hac gemina morte
ſm̄ naturā vtrāqꝫ fuiſſet damnat⁹ hō.
altera quidē ſpiritali et volūtaria. al=
tera corporali et neceſſaria. Utriqꝫ de⁹
homo vna ſua corporali ac volūtaria:
benigne et potēter occurrit. Illaqꝫ vna
ſua noſtrā vtrāqꝫ dānauit. Merito q̄dē.
nā ex duab⁹ mortib⁹ nr̄is cū altera no
bis in culpe meritū: altera in pene de=
bitū reputaret̄ ſuſcipiēs penā ꝛ neſciēs
culpam dum ſpōte et tantū in corpore
morit̄ et vitā nobis et iuſticiā ꝓmeret̄.
Alioqn ſi corpaliter nō pateret̄: debitū
non ſoluiſſet. Si nō volūtarie moreret̄:
meritum mors illa nō habuiſſet. Nūc
aūt ſi (vt dictum eſt) mortis meritū eſt
peccatū: et peccati debitū mors: chri=
ſto remittente peccatū et moriente pro
peccatoribus: profecto iam nullum eſt
meritum: et ſolutū eſt debitum.

## Ca.iiij. de morte ꝛ vita xp̄i In eodem vbi ſupra capitulo.x.

AMplius mouet ad pietatē mor=
tis chriſti: ꝙ̄ vite recordatio. Pu
to ꝙ illa auſterior: hec dulcior videat̄:
magiſqꝫ infirmitati blandiat̄ humane
quies dormitionis: ꝙ̄ labor conuerſa=
tiōis. mortis ſecuritas: ꝙ̄ vite rectitu=
do. Uita chriſti viuēdi mihi regula ex=
titit: mors a morte redēptio. Illa vitā
inſtruxit. mortē iſta deſtruxit. vita q̄dē
laborioſa: ſꝫ mors ꝑcioſa: vtraqꝫ vero
admodū neceſſaria. Quid enim chriſti
prodeſſe poterat ſiue mors neq̄ter vi=
uenti: ſiue vita damnabiliter moriēti?
Nunq̄d deniqꝫ aut mors chriſti etiam
nūc male vſqꝫ ad mortē viuētis a mor=
te eterna liberat aut mortuos an̄ xp̄m
ſanctos patres vite ſāctitas liberauit?
Nunc ergo qꝛ vtrūqꝫ nobis neceſſariū
erat et pie viuere ꝛ ſecure mori. viuēdo
viuere docuit. et mortē moriēdo ſecurā
reddidit. Qm̄quidē reſurrectur⁹ occu=
buit. ꝛ ſpem fecit morientib⁹ reſurgēdi.

## Ca.v. Q chriſtus qꝛ homo fuit mori potuit: qꝛ iuſt⁹ mors ei⁹ nos liberare potuit. vbi ſupra caplo.xj.

UNde confidimus ꝙ chriſt⁹ mortē
abſtulit. Hinc plane ꝙ eā ipe qui
nō meruit ꝑtulit. Qua em̄ rōe iterꝫ exi=
geretur a nobis qđ pro nobis ille iam
ſoluit q̄ peccati meritū tulit ſuā nobis
donādo iuſticiā? Ipſe mortis debitum
ſoluit. et reddidit vitā. Sic nanqꝫ mor=
tua morte reuertit̄ vita: quēadmodum
ablato peccato rediīt iuſticia. Porro
mors in chriſti morte fugatur / ꝛ chriſti
nobis iuſticia imputat̄. Uerꝫ quō mori
potuit qui deus erat? Qm̄ nimirū ꝛ hō
erat. Sed quo pacto mors illius hoīs
pro altero valuit? q̄a et iuſt⁹ erat. Pro=
fecto nanqꝫ cū homo eſſet mori potuit:
cū iuſtus debuit nō gratis. Non quidē

peccator mortis sufficit ſoluere debitū pro altero peccatore: cū quiſq₃ moriat᷑ pro ſe. Qui aūt mori pro ſe non habet nunqd pro alio fruſtra debet? Quanto ſane indignius moritur qui mortē non meruit: tanto is iuſti⁹ pro quo moritur viuit. Sꝫ q̄ inqs iuſticia eſt vt innocēs pro impio moriat᷑? Non eſt iuſticia ſed mia. Si iuſticia eſſet: iam nō gratis ſed ex debito moreret᷑. Si ex debito quidē ipſe moreret᷑ is pro quo moreretur: nō viueret. Atuero ſi iuſticia nō eſt: non tn̄ contra iuſticiā eſt. Alioquin ⁊ iuſtus et miſericors ſimul eſſe nō poſſet. Chriſt⁹ igit᷑ et mori potuit cū ſit homo/et mortis moriēdo ſoluere debitū: qꝛ iuſtus.

## ¶ Ca. vj. De īfirmitate ⁊ maieſtate chriſti. vbi ſupra.

TOtū nobis de chriſto valuit. totū ſalutiferū. totūq₃ neceſſariū fuit: nec minus ꝓfuit infirmitas q̄ et maieſtas. Quia etſi ex diuinitatis potentia peccati iugū iubendo ſūmouit: ex carnis tn̄ infirmitate mortis iura cōcuſſit moriēdo. Sed ⁊ illa eius iuſticia ꝑ quā ei placuit ſaluū facere mūdū. vt mūdi cōfutaret ſapientiā ⁊ cōfunderet ſapientes: qꝛ videlicet cū in forma dei eſſet deo eq̄lis: ſemetipſū exinaniuit formā ſerui accipiēs: qꝛ cū diues eſſet: ꝓpter nos egen⁹ factus eſt. de magno paru⁹: de excelſo humilis: infirm⁹ de potēte. qꝛ eſuriijt: qꝛ ſitiijt: qꝛ fatigat⁹ ē in itinere: et cetera q̄ paſſus eſt volūtarie non neceſſitate. Hec igit᷑ q̄dā ipſius ſtulticia. nōne fuit nobis via prudētie. iuſticie forma: ſanctitatis exemplū? Mors igit᷑ a morte. vita ab errore a peccato gratia liberauit. Et quidē mors ꝑ iuſticiā ſuā peregit victoriā: qꝛ iuſt⁹ perſoluēdo que nō rapuit: iure omino qđ amiſerat recepit. Uita vero q̄ntū ad ſe ꝑtinuit: per ſapientiā adimpleuit. que nobis vite et diſcipline exemplū ⁊ documentū ac ſpeculū extitit. Porro gr̄a ex poteſtate peccata remiſit. qꝛ omnia quecunq₃ voluit fecit. Mors itaq₃ xp̄i mors eſt mee mortis: qꝛ ille mortuus eſt vt ego viuerē. Quo pacto eni iā non viuat: pro quo morit᷑ vita? Si ergo lex ſpirit⁹ vite in chriſto ieſu liberauit nos a lege peccati ⁊ mortis vt quid adhuc morimur et nō ſtatim imortalitate veſtimur? Sane vt dei veritas impleat᷑: quia eni miam et veritatē diligit deus. neceſſe eſt quidē mori hoiem q̄ppe qđ predixerat de⁹: ſꝫ a morte tamē reſurgere ne obliuiſcat᷑ miſereri deus. Ita ergo mors etſi nō perpetuo dominat᷑: manet tamen propter veritatē dei vel ad tempus in nobis.

## ¶ Ca. vij. De duobus cōſiderandis in opere noſtre redēptōis. Sup cantica. ſermone. xi.

QUoniā bona q̄ largiri mortalib⁹ non ceſſat miſericors ⁊ miſerator dn̄s: recolere et recolligere oīa omni homini impoſſibile eſt. Id ſaltē quod precipuū eſt ⁊ maximū opus videlicet noſtre redēptōis a memoria redēptoꝝ aliquaten⁹ non recedat. In quo opere duo potiſſimū indicare curabo. Duo illa ſunt modus ⁊ fructus. Modus ſiquidē dei exinanitio eſt. fructus vero de illo nr̄i repletio. hoc meditari ſācte ſpei ſeminariū eſt. Illud ſūmi amoris incētiuū. Utrūq₃ profectib⁹ noſtris neceſſariū eſt: ne aut ſpes mercenaria ſit ſi amorē non comitet᷑: aut amor tepeſcat ſi infructuoſus putet᷑. Porro fructus quē expectam⁹ a deo nō erit niſi ex deo. Erit inq̄t deus oīa in oīb⁹. Ut de corpore taceā in anima tria intueor: rationē/voluntatē/memoriā. Et hec tria ipſā animā eſſe. Quātū cuiq₃ hoꝝ in preſenti ſeculo deſit de integritate ſua et ꝑfectione ſua: ſentit oīs q̄ ambulat in ſpū. Quare hoc? Niſi q̄a deus nondū eſt oīa in omibus? Hinc eſt qꝛ ratio ſepiſſime in iudicijs fallit᷑. volūtas ꝑturbatione iactat᷑. et mēoria mulplici obliuiōe cōfunditur. Triplici huic vanitati nobilis creatura ſubiecta eſt nō volens. In ſpe tamē: nā qui replet in bonis deſideriū aie: ipē ratiōi futur⁹ eſt plenitudo lucis. ipē volūtati ml̄titudo pacis. ipē memorie cōtinuatio eternitatatis. vt ſit deus omnia in

omnib⁹: ratione recipiēte lucē inextinguibilē. voluntate pacē imperturbabilē cōſequente: memoria fonti indeficiēti eternaliter inherēte. hec de redēptiōis fructu. In modo ꝙ̄ quē dei eſſe exinanitionē diffinimus: tria item precipue intuēda cōmēdo. Non eni ſimplex aut modica illa exianitio fuit: ſꝫ ſemetipꝫ exinaniuit vſqꝫ ad carnē. ad mortē. ad crucē. Quis digne penſet q̄nte fuerit hūilitatis. māſuetudinis. dignationis. dn̄m maieſtatis carne indui. mulctari morte. turpari cruce? Sed dicit aliq̄s. Nō valuit opus ſuum repare creator abſqꝫ iſta difficultate? Valuit: ſed maluit cū iniuria ſui quo multe dilectiōis hominē debitorē teneret: cōmoueretqꝫ gratiaꝝ actiōis difficultas redēptiōis quē minus deuotū fecerat conditionis facilitas. Quid eni dicebat hō creat⁹ ⁊ ingratus? Gratis quidē cōditus ſum: ſed nullo auctoris grauamine vel labore. Siquidē dixit et factus ſū: quēadmodū et vniuerſa. Sic beneficium creatiōis attenuās hūana impietas: ingratitudinis materiā inde ſumebat: vnde amoris cauſā habere debuerat. Sed obſtructū eſt os loquentiū iniq̄. Luce clarius patet: q̄ntū modo pro te o homo diſpendiū fecit. De dn̄o ſeru⁹: de diuite paup: caro de verbo: et de dei filio: hoīs fieri fili⁹ nō deſpexit. Memēto iam te. etſi de nihilo factū: nō tamē de nihilo redemptū. Sex diebus cōdidit oīa: ⁊ te inter oīa. Atuero ꝑ totos triginta annos operatus eſt ſalutē tuā in medio terre. O q̄ntū laborauit ſuſtinens carnis neceſſitates. hoſtis tēptationes. Nonne ſibi aggrauauit crucis ignomiam: ⁊ mortꝫ cumulauit horrorē

## ¶ Ca. viij. De duabus rebus que conſolantur eccleſiam preſentem. Super cantica. ſermone. lxij.

Eccleſiā tēpore ⁊ loco pegrinatōis ſue due res cōſolank. De pterito quidē memoria paſſiōis chriſti. de futuro autē ꝙ ſe in ſorte ſanctoꝝ cogitat et cōfidit recipiendā. Ambo hec veluti anter retro oculata inſatiabili deſiderio cōtuek: et vterqꝫ illi intuitus admodū gratus: ⁊ vterqꝫ eſt illi refugiū a tribulatiōe maloꝝ et dolore. Integra conſolatio cū nō ſolū q̄d ſibi expectandū: ſed et vnde ſit preſumendū nouerit expectatio leta: nec dubia q̄ chriſti morte firmata eſt. Cur pauet ad pmij magnitudinē q̄ precij dignitatē ꝯſiderat? Q̄libens mente inuiſit foramina: per q̄ ſibi ſacroſācti ſanguinis preciū fluxit. Quālibens perambulat diuerſoria/ et māſiones q̄ ſunt in domo patris multe atqꝫ diuerſe: in quib⁹ habet collocare filios ſuos pro quorūcūqꝫ diuerſitate meritorū. Et nūc quidē ꝙ ſolū interim pōt: ſola in his memoria requieſcit. celeſte habitaculū qđ de ſurſum eſt iam animo induens. Erit autē cū implebit ruinas: cū cauernas et corpore inhabitabit ⁊ mente: cū vacua domicilia q̄ antiqui reliquerant habitatores. ipſa ſue vniuerſitatis illuſtrabit preſentia: felici de cetero perfectiōe ſua atqꝫ integritate gaudente.

## ¶ Ca. ix. De duplici dilectiōe ſpirituali et carnali. Sup cantica. ſermone. lxxv.

Vere et ꝓprie ad ſolā ptinet aīam illa dilectio qua aliq̄d ſpiritaliter diligit. verbigratia. deum: angelū: animā: ſꝫ etiā diligere iuſticiā: veritatem: pietatē: ſapiētiā: ꝟtuteſqꝫ alias huiuſmodi. Nā cū ſm carnē quippiā diligit vel potius appetit aīa: ꝟbigrā cibum: veſtimentū: dominiū: ⁊ q̄ iſtiuſmodi ſūt: corꝑalia ſiue terrena. carnis potius q̄ꝫ anime amor dicendus eſt.

## ¶ Ca. x. De vita ⁊ ſēſu anime In quibuſdam ſententijs.

Magna eſt et nimiꝫ et inexcuſabilis negligētia noſtra qui cogitationibus ocioſis vacātes temp⁹ amittimus: quibus nimiꝫ nec penetrande nubes: nec maria trāſfretanda/ vt ſalubres inueniam⁹ cogitatiōes. ſꝫ infinitas in nobiſmetipſis vtiliū cogitationum occaſiones et ſeminaria poſſim⁹ inuenire. Deniqꝫ ſi tam inerudita et negligens fuerit anima: vt nec interiora ſua

ſufficiat pſcrutari. attendat ea que foris agit palã/et in manifeſto: et in ipſis quoqꝫ ſi diligẽter qſierit inueniet ſapiẽtiam. Ecce eni ꝯſideres o anima quid impendas corpori tuo et inuenies ſine dubio ꝙ vitã ei ſenſumqꝫ miniſtras: et vitam quidẽ toto in corpore inuenies vniformẽ. verbigratia. Neqꝫ eni aliter viuit oculus ꝙ̃ articulus. ſenſum vero nõ ita. Quere ergo vt tibi quoqꝫ anima tua que eſt deus tu⁹ ſimilia largiatur. Neqꝫ eni viuere dicẽda eſt anima que veritatis nõ habet cognitionẽ: ſed adhuc mortua ẽ in ſemetipſa. queadmodum ⁊ ea ſine ſenſu: q̃ necdũ habet dilectionẽ. Eſt ergo anime vita veritas. ſenſus caritas. Nec mireris ꝙ interdũ anime impioꝝ noticiã habent veritatis que tamẽ expertes ſunt caritatis. qñ et in corporib⁹ nonnullis vitã reperies ſine ſenſu. vt ſũt arbores: ceteraqꝫ ſilia animata quidẽ: ſed animatione ⁊ non anima: queadmodũ et aïe iniquoꝝ veritatis habent notitiã naturali ratiõe que tamẽ interdũ adiuuat a gratia: cũ nullatenus ſane animet ab ea. In his autẽ quibus et cognitionẽ veritatis et dilectionẽ anima ſpũalis infundit: nõ exteriore quolibet mõ: ſed tãqꝫ anima ipſorũ: cui adherẽs vnus ſpũs fiunt cũ ea. In his inquã indiuiſa eſt cognitio veritatis: ſm qð dictũ eſt de vita corporis. Eadẽ enim cognitiõe ⁊ minima et maxima cõprehẽdis. Porro dilectionem quidẽ ſi diligẽter aduertas etiã fortaſſe ſm qnqꝫ corporis ſenſus: qnqꝫ partitã poteris inuenire. Eſt eni amor pius quo parẽtes diligimus. eſt amor iocũdus q̃ ſocios diligimus. eſt et erga oẽs hoĩes amor iuſtus. erga inimicos amor violentus. erga deũ ſanctus ſiue deuotus. In his omnib⁹ ſi diligenter attendis. ꝓpriũ erga ſingulos. et oĩno diuerſum ab alijs modũ inuenies.

## ¶ Ca. xi. De duob⁹ gradibus in via ſpũs. In quibuſdam dictis.

Sunt qui in carne ambulãt: q̃ oẽm ſolicitudinẽ in hoc ponũt quomõ moleſtias carnis euitent. Hi ſunt qui licet virtutes probẽt: tamẽ dũ moleſtias carnis omnino euitare volũt cõcupiſcentijs eius prauis nequeũt reſiſtere. Talibus dicit apoſtol⁹. Spũ ambulate/ id eſt ſolicitudinẽ veſtrã quõ moleſtias carnis euitetis deponite. In hac via ſpũs duo gradus ſunt. ſupior et inferior. In inferiori gradu homo in ſuo ſpiritu ambulat. in ſuperiori gradu in ſpiritu dei. In iferiori gradu ambulat homo qñ reuerſus ad cor circa affectiones ſuas ſolicitus in ſe reprehẽdit qð virtuti cõtrariũ eſſe cognoſcit. In hoc gradu ſacrificiũ deo contribulati ſpũs et cordis humiliati per cõpunctionem offert. De hoc gradu ad ſupiorẽ aſcendens incipit cogitare beneficia dei. et cõuerſus ad gratiarũ actiones offert deo per deuotionem ſacrificiũ laudis. In vtroqꝫ gradu videt chriſtũ. in pmo crucifixum: in ſecũdo gloria ⁊ honore coronatum.

## ¶ Ca. xij. De duab⁹ alis aïaꝝ In quibuſdam dictis.

Habent feruentes anime alas qb⁹ volant. ſpem et timorẽ. qꝛ volãtis eſt aliqñ alta petere: aliquando ima. Per ſpem alta petũt: qꝛ in celeſtib⁹ habitant. Per timorẽ ima. cõdeſcendẽdo eni infirmis inſtruũt eos: cõſiderantes ſeipſos ne et ipſi tententur. Sed qꝛ his duobus modis offẽditur ſcilicet nimio rigore infirmos deijciẽdo. ac nimia lenitate eorũ vicijs cõſentiẽdo. cõtra nimium rigorem eſt conſideratio proprie fragilitatis. contra nimiam lenitatem zelus rectitudinis.

## ¶ Ca. xiij. De duabus operationibus ſermonis dei. vbi ſupra

Sermo dei duo opari debet. ⁊ aïas vicioſas ſanare: et bonas ãmonere. vicioſas dico nõ oẽs qb⁹ ineſt viciũ: ſed q̃ vicio ex volũtate cõſentiunt: nec reſiſtũt q̃ntũ pñt. Bonas dico aïas nõ ſolũ perfectas: ſed etiã inſipientes. q̃ licet viciũ habeant non tamẽ cõſentiũt ſed repugnãt. Sed tales anime licet ex infirmitate vel ignorãtia ſepe cadãt: tñ per voluntatẽ quã habent bonã reſur-

gunt. Hec eſt eni que bonā facit animā qr cū multa ſint anime bona naturaliter inſita. ſicut ingeniū bonū. memoria capax. vigil ratio. ⁊ cetera anime bona ſola tamē volūtas ſi fuerit bona: bonā facit aiam. ſi fuerit viciosa: viciosā. Sz quia ſicut Job ait. homo nūq̄ in eodē ſtatu pmanet. aut eni deficit. aut proficit. proficiendū eſt in hac voluntate. qr ipſa eſt via de qua ait propha. Hec eſt via ambulate in ea. Primus huius vie gradus eſt recta volūtas. ſecūdus valida. tertius deuota. quartꝰ plena volūtas. Jn primo gradu anima mēte legi dei cōſentit: ſed carne repugnāte bonū pficere nō inuenit: ſed ſepe malū qđ odit per infirmitatē facit. Jn hoc tn̄ recta eſt eius voluntas: ꝙ aduerſario ſuo cōſentiens in ſe odit/ qđ ille reprehēdit. Jn ſecūdo gradu anima nō ſolū malum qđ odit non agit: ſed etiā bonū qđ diligit. licz cū grauedine: fortiter tn̄ perficit. Jn tertio gradu iam dilatato corde currit viā mandatorū dei: et delectatur in eis ſicut in oībus diuitijs. Jn q̄rto gradu ſunt angeli qui ea facilitate qua ſemp volunt bonū plenarie perficiūt. Huc gradū deſiderare quidē poteſt anima. aſcendere non pt̄ corpe: ob hoc ꝙ corpore aggrauat. Qui nōdū rectā habet volūtatē: ſciat qr impedit eū carnalis intentio. Qui habet rectā et nō validā: ſciat qr impedit eū praua cōſuetudo. Qui habet deuotā et nōdū plenam: ſciat quia impedit eū terrena inhabitatio. Cuius adhuc viciosa voluntas eſt: oret et dicat. fiat voluntas tua ſicut in ce. ⁊ in ter. ſe intelligēs terram. illū autē qui rectā habet volūtatem celū. qr q̄ntū celum diſtat a terra: tantū diſtat recta voluntas a viciosa. Jta oret qui rectā habet voluntatē. ſe intelligens terrā: illū aūt qui invalida eſt celū. Jta de ceteris: vt ſemp attendat anima proficere. qr ſicut cōdēnatꝰ eſt qui in viciosa permanet voluntate. ita reprehenſibilis eſt qui in alijs non ſtudet proficere.

## Ca. xiiij. De duplici ligua. dei et anime. Super cantica. ſermone. xlv.

Spiritus eſt verbū: ſpiritusq̄ aia: habētq̄ linguas ſuas quibus ſe alterutrū alloquant. preſenteſq̄ indicent. Et vbi q̄dē lingua fauor dignationis eius: anime vo feruor deuotōis eſt. Elinguis eſt aia atq̄ infans q̄ hāc non habet: et non poteſt ipſi vllatenus ſermocionatio eſſe cū vbo. ergo huiuſcemodi linguā ſuam cū verbo mouet. volēſq̄ ad animā loqui: non poteſt aia non ſentire. Uiuus eſt eni ſermo dei et efficax: ⁊ penetrabilior oīni gladio ancipiti: ptingens vſq̄ ad diuiſionē aie ⁊ ſpiritus. Et rurſū cū ſuā linguā anima mouet: verbū latere multo minus poterit: non ſolū qr vbiq̄ eſt preſens: ſed propter hoc magis ꝙ niſi ipſo ſtimulāte deuotiōis lingua minime ad loquēdū mouet. Uerbo igitur dicere anime pulcra es: ⁊ appellare amicā. infūdere eſt vnde et amet: et ſe preſumat amari. Ipſi vero verbū viciſſim noīare dilectum et fateri pulcrū: qđ amat ⁊ quod amatur: ſine fictione ⁊ fraude aſcribere illi: et mirari dignationē et ſtupere ad gratiā. Itaq̄ locutio verbi. infuſio doni. reſponſio anime. cum gratiarum actione admiratio.

## ¶ Capi. xv. De vigore ⁊ languore amoris. Sup cantica. ſermōe. li.

Cum preſto eſt quod amatur viget amor. languet cū abeſt. Qđ non eſt aliud q̄ tediū quoddā impatientis deſiderij quo neceſſe eſt affici mentem vehemēter amātis abſente quē amat. dum totus in expectatione q̄ntālibet feſtinationē reputat tarditatē. Subtractio nēpe rei quā amas: augmētatio deſiderij eſt. et qđ ardētius deſideras/ cares egrius.

## ¶ Ca. xvi. De duplici caritate. Super cantica ſermone. l.

Eſt caritas i actu. eſt ⁊ in affectu. Et de illa quidē que opis eſt. puto eſſe datā legē hoībus. mandatūq̄ formatū. Nā in affectu q̄s ita habeat vt mandatur? Ergo illa mandatur ad meritū. iſta in premiū dat. Cuiꝰ initiū quidē profectūq̄ vitā q̄z pſentē expiri

diuina poſſe gratia nō negam⁹. ſꝫ plane cōſummationē defendimus future felicitati. Quomō ergo iubenda fuit q̄ implenda nullomodo erat? Aut ſi placet tibi magis de affectuali datū fuiſſe mādatū: nō inde cōtendo: dūmodo acquieſcas et tu mihi: ꝙ minime in vita iſta ab aliquo hoīm poſſit vel potuerit adimpleri. Nec latuit preceptorē precepti pondus hoīm vires excedere: ſed iudicauit vtile ex hoc ipſo ſue illos inſufficientie admoneri: et vt ſcirent ſane ad quē iuſticie finē niti pro virib⁹ oporteret. Ergo mandādo impoſſibilia: non preuaricatores hoīes fecit ſed hūiles. vt omē os obſtruatur et ſubditus fiat om̄is mundus deo: q: ex operib⁹ legis non iuſtificabitur om̄is caro corā illo. Accipientes quippe mandatū: et ſentientes defectū clamabimus in celū: ⁊ miſerebit̄ nr̄i deus. Atq; hoc dixerim ſiquidē conſenſerimus affectualē legē fuiſſe mandatā. Sed actuali poti⁹ id cōuenire inde vl̄ maxime apparere videtur. qđ cum dixiſſet dn̄s diligite inimicos veſtros: mox de operib⁹ infert. benefacite his qui oderūt vos. Superuacue aūt de ope monuiſſet: ſi in affectione iā fuiſſet dilectio Neq; hoc dico vt ſine affectione ſimus: et corde arido ſolas moueamus man⁹ ad opera. Sed affectio eſt quā caro gignit: et eſt quā ratio regit: ⁊ eſt q̄m cōdit ſapiētia. Prima eſt quā aplus legi dei dicit nō eſſe ſubiectā nec eſſe poſſe. Scđa eſt quā ꝓhibet e regione cōſentientē legi dei: q̄m bona eſt. Nec dubiū diſtare a ſe cōtentioſam ⁊ conſentaneā. Longe vero tertia ab vtraq; diſtat: que ꝛ guſtat ⁊ ſapit quoniā ſuauis ē dn̄s: primā eliminās ſecundā remunerās. Nā prima quidē dulcis: ſed turpis. ſecūda ſicca: ſed fortis. vltima pinguis ⁊ ſuauis eſt. Igitur per ſecundā opera fiūt ⁊ in ipſa charitas ſedet. Nō illa affectualis que ſale ſapientie cōdita pingueſcens / magnā menti importat multitudinē dulcedis dn̄i. ſed quedā potius actualis: q̄ etſi nōdū dulci illo amore ſuauiter reficit. ardore tn̄ amoris ipi⁹ vehemēt̄ accēdit

## Ca. xvij. Q̄ ſit alius ordo charitatis actualis / alius affectualis Super cant. ſermone. l.

Actualis charitas iferiora ꝑfert: affectualis ſuperiora. Etenim in bene affecta mēte nō dubium verbi cā / quin dilectioni hoīs dei dilectio prepo natur: ⁊ i hoībus ipſis ꝑfectiores infirmioribus: celū terre / eternitas tēpori / anima carni. Attn̄ in bn̄ ordinata actōne ſepe aut ſemꝑ ordo oppoſitus iueniẗ Nam ⁊ circa ꝓximi curam ⁊ plus vrgemur / ⁊ pluries occupamur: ⁊ infirmioribus fratribus diligētiori aſſiſtimus ſedulitate et paci terre / magis ꝙ̄ celi glorie iure humanitatis. ⁊ ipſa neceſſitate intendim⁹ / ⁊ tēporaliū inquietudine curarū vix aliquid ſētire de eternis permittimur / ⁊ languorib⁹ noſtri corporis poſtpoſita aīe cura / pene cōtinue inſeruimus. Orantē deniq; hoiem deo loqui quis dubitet? Quotiens tn̄ charitate iubente inde abducimur ⁊ auellimur propter eos q̄ noſtra indigēt opa / vel loquela? Quotiēs pie cedit negociorum tumultib⁹ pia quies? Quotiēs ꝓ adminiſtrandis terrenis iuſtiſſime ipiſ ſuperſedem⁹ celebrandis miſſarū ſolēnijs? Ordo ꝑpoſterus: ſꝫ neceſſitas nō habet legem. Agit ergo ſuum actualis charitas ordinē iuxta patriſfamilias iuſſionem: incipiens a nouiſſimis. Pia certe ⁊ iuſta que nō ſit acceptrix ꝑſonarum / nec precia cōſideret rerū: ſꝫ hoīm neceſſitates. At nō ita affectualis: nā a primis ipſa ducit ordinē. Eſt eni ſapientia per quā vtiq; res ſapiūt queq; prout ſunt. vt verbigratia. Que pluris natura habet: pluris quoq; ipſa affectio ſentiat / minora min⁹ / minima minime. Et illū quidē ordinem charitatꝭ veritas facit: hunc aūt veritatis charitas vendicat ſibi. Nā ⁊ vera in hoc ē charitas vt qui indigēt amplius accipiant prius ⁊ rurſum in eo cara apparet veritas ſi ordinē teneamus affectu ꝙ̄ illa ratione.

## Ca. xviij. De duplici humi

litate. Sup cant. ſermone. xlij.

Eſt humilitas quā nobis veritas parit: ⁊ nō habet calorē. Et eſt humilitas quā charitas format ⁊ inflammat: atq; hec quidem i affectu / illa in cognitione cōſiſtit. Etenī tu ſi temetipſ intus ad lumē veritatis ⁊ ſine diſſimulatione inſpicias: ⁊ ſine palpatiōe dijudices: non dubito quin humilieris Et tu in oculis tuis fact' vilior tibi ex hac vera cognitione tui: q̄uis necdū fortaſſe id eſſe patiaris in oculis aliorum. Eris igitur humilis: ſ3 de opere interim veritatis ⁊ minime adhuc de amoris infuſione. Nā ſi veritatis ipſius que te tibi veraciter atq; ſalubriter demonſtrauit: ſicut ſplendore illumiatus: ita affectus amore fuiſſes. voluiſſes p̄culdubio quod in te ē: eandē de te oēs tenere ſententiā quā ipſam apud te veritatez habere cognoſcis. Sane quantū in te eſt dixerim / quoniā plerūq; nō expedit innoteſcere oibus omia que nos ſcim' de nobis: atq; ipſa veritatis charitate et charitatis veritate vetamur palam fieri velle quod noceat agnoſcēti. Alioquin ſi priuato amore tui tentus: detines pariter itra te iudiciū veritatis incluſum. cui dubiū eſt minus te veritatem diligere: cui p̄priū p̄fers vel cōmodum vel honorē. Uides igitur non eſſe idipſum holem de ſeipſo non alta iam ſapere veritatis lumine redargutum / ⁊ humilibus ſponte cōſentire munere charitatis adiutum. Illud enim neceſſitatis eſt: hoc voluntatis. Sed ſi apud teipſum humiliat' es: neceſſaria illa humilitate quā veritas ſenſib' ingerit / vigilātis adhibe voluntatē ⁊ fac de neceſſitate virtutē. Qm̄ nulla eſt virtus niſi motus aſſit bone voluntat. Sic autem fiet iſtud ſi nolis alter apparere foris: q̄ te inuenis intus.

## Ca. xix. De humilitate ⁊ humiliatione. Super cant. ſer. xxxiiij

Humilitas iuſtificat nos: humilitas dixi nō humiliatio. Quāti humiliati qui humiles nō ſunt. Alij cu3 rancore humiliant: alij patiēter: alij libenter. Primi rei ſunt: ſequētes innoxij vltimi iuſti. Quanq; ⁊ innocētia portio iuſtitie eſt: ſed cōſūmatio eius apd humilem. Qui aūt dicere poteſt / bonū mihi quia humiliaſti me: is vere humilis eſt. Nō poteſt dicere q̄ inuitus tolerat: minus qui murmurat. Neutri illorum promittim' gratiā q̄ humiliatur: etſi ſane longe hi duo a ſe differant: ⁊ alter quidē in patientia ſua poſſideat alam ſuam: alter in ſuo murmure pereat. S3 enim ſi vnus iram: neuter tn̄ gratiā promeretur / qm̄ non humiliatis ſed hūilibus deus dat gratiā. Etenī ſolā gratiam quā p̄fert meretur leta ⁊ abſoluta humilitas. Que enī coacta fuerit vel extorta: etſi vitā obtinet p̄pter patientiam: p̄pter triſtitiā tamen gratiā nō habet. In quibuſdā dictis. Humilitas ad quā vtiq; ducit humiliatio totius eſt ſpiritualis fabrice fundamentū. Siquidē humiliatio via eſt ad humilitatē: ſicut patiētia ad pacē: ſicut lectio ad ſcientiā. Si virtutem appetis hūilitatis: viam nō refugias humiliatiōis. Nam ſi nō pateris humiliari: non poteris ad humilitatem prouehi.

## Ca. xx. De itellectu ⁊ affectu. In tertio ſermone de aſcētione. Hodie celorum rex.

Duo ſunt que in nobis purganda ſunt: intellectus ⁊ affect'. Intellectus vt nouerit: affectus vt velit. Hi ſepius ſibi inuice3 aduerſantur: vt alter ſumma petere / alter appetere infima videatur. Quātus vero is dolor: q̄ grauis aie cruciatus: dum ſic diſtrahitur / ſic dilaceratur / ſic abrūpitur a ſeipſa. Intellect' vero tūc deprimitur cū multa cogitat: cū non colligit ſe circa vnā ⁊ vnicam meditationē: que cōcipitur de ciuitate illa cuius participatio eius in idipſum. Huiuſmodi intellectū oporte3 deprimi ⁊ diſtrahi per multa multis ⁊ multiplicibus modis. Affectiones vero que corrupto corpore diuerſis paſſionibus afficiuntur mitigari nunq; p̄nt: ne dicam ſanari donec voluntas vnū querat ⁊ tendat ad vnū. Intellectus noſter

turbatus erat: ne dicam cecatus. Affe
ctus inquinatus erat ꝛ multū inq̄nat⁹
ſed chriſtus intellectū illuminat / ſpūs
ſanctus affectū purgat. Uenit eni fili⁹
dei et tot et tanta mirabilia in mundo
operatus eſt / vt non īmerito intellectū
noſtrum ab oībus mundanis reb⁹ eua=
cuauerit vt ſemꝑ cogitem⁹ et nunq̄ꝫ co=
gitare ſufficiamus: q꞉ mirabilia fecit.
Uere latiſſimos nobis ad ſpaciandū in
telligentie cāpos reliquit: ꝛ torrēs iſta
rum cogitationū ꝓfundiſſim⁹ eſt. Quis
enim cogitare ſufficit qualiter rerū do
minus preuenerit nos / venerit ad nos
ſubuenerit nobis. ꝛ ſingularis illa ma=
ieſtas voluerit mori vt viuerem⁹: ſuire
vt regnaremus: exulare vt repatriare=
mus: ꝛ vſq̄ꝫ ad ſeruiliſſima opera incli=
nari / vt conſtitueret nos ſuper oīa opa
ſua? Unde aūt nobis ī his tenebris ve
ritas? Unde charitas in hoc ſeculo neq̄ꝫ
in hoc mūdo qui poſitus eſt ī maligno
Putas erit q̄ intellectū illuminet: q̄ in=
flammet affectū? Erit ſi ꝯuertamur ad
chriſtū / ꝛ velamē de cordibus auferat᷑.

¶ Capi. xxi. De cognitione et amore. In prima parte ſer. de aduentu

DUe penne agnitio ꝛ deuotio. Le=
uat quippe agnitionis ala: ſꝫ ſo
la non ſufficit. Ruit citius q̄ vna tantū
ala volare cōtendit: ꝛ quo magis attol
litur / peius alliditur. zelus abſq̄ꝫ ſcien
tia quo vehemētius irruit: ī eo corruit
grauius. Ubi vero intelligentiā caritas
agnitionē deuotio comitat᷑: volet ſecu
re qui eiuſmodi eſt. volet ſine fine: quia
volat in eternitatē adherendo ei q̄ ſem
per ꝛ beate eſt. Semp et nos eſſe et eſſe
beate poteramus. Adherēdo aūt dixe
rim non ſolum ꝑ cognitionē / ſed ꝑ amo
rem. Nam adherendo veritati ꝑ cogni
tionem: ſed ab illa defluēdo per amorē
amando pro illa ſcilꝫ vanitatē / homo
vanitati ſimilis factus eſt. Et q̄d vani
us q̄ꝫ diligere vanitatē? Et quid iniquī
q̄ꝫ contēnere veritatē? Quid vero iuſti⁹
q̄ꝫ contēptoribus ſubtrahi ꝛ ipſam co=
gnitionem? Quid inquā iuſtius q̄ꝫ vt iā
de eius cognitione gloriari non poſſit:
qui cognitā non glorificauit? Itaq̄ꝫ ap
petitus vanitatis eſt contēptus / verita
tis. Contēptus veritatis cā noſtre ceci=
tatis Ex hac cecitate deſcendit q̄ ple=
rumq̄ꝫ ꝓ eo quod eſt amamus vel ap=
probamus quod nō eſt: q̄m dum ſum⁹
ī hoc corpore ꝑegrinamur a dn̄o ab eo
qui ſumme eſt. Et q̄d eſt homo O de⁹:
niſi q̄d inotuiſti ei? Itaq̄ꝫ ſi notitia dei
cauſa eſt vt homo aliq̄d ſit: ignorantia
facit vt nihil ſit. Sed q̄ vocat ea q̄ non
ſunt tanq̄ꝫ ea que ſunt miſerat⁹ quodā
modo redactos in nihilū: manna illud
abſconditū: q꞉ necdū poſſumus contē=
plari per ſpeciē / vel plene amplecti ꝑ
amorem: dedit interim nobis ꝛ ſapere ꝑ
fidem: ꝛ querere per deſideriū Per que
vtiq̄ꝫ duo ad eſſe de non eſſe ſecūdo re=
ducti / fieri incipiam⁹ initiū aliq̄d crea=
ture eius tranſituri q̄nq̄ꝫ in virū perfe=
ctum: in menſurā etatis plenitudinis
chriſti. Quod ꝓculdubio erit cuꝫ fides
cōuertetur in itellectū: ꝛ deſideriū pere
grinatiōis in plenitudinē commutabit᷑
dilectionis. Si eni adhuc abſentes ini
ciat fides ꝛ deſiderium: preſentes pro=
fecto cōſummat intellect⁹ et amor. Si=
cut eñ fides ducit ad plenam cognitio
nem / ſic deſideriū ad plenā dilectionē.
Intellectus igitur eſt fruct⁹ fidei: ꝑfe=
cta charitas deſiderij

¶ Ca. xxij. De meditatione ꝛ oratione. In ſer. ꝑmo de ſancto andrea in fine. qui incipit. Celebrantes

NEmo repente fit ſumm⁹ aſcenden
do non volādo apprehēditur ſum
mitas ſcale. Aſcēdam⁹ ergo velut duo=
bus quibuſdā pedibus meditatione ꝛ
oratione. Meditatio ſiquidē docet q̄d
deſit: orō ne deſit obtinet. Illa viā oſtē=
dit: iſta deducit. Meditatione deniq̄ꝫ
agnoſcimus imminentia nobis pericu
la: oratione euadimus.

¶ Ca. xxiij. De duplici cōfeſſione. In ſecūdo ſermone. In vigilia natalis dn̄i. O iudea ꝛ hieruſalem.

UEra cōfeſſio fratres mei eſt ſi oīa
opera veſtra opera dei ſunt: ꝛ cōſi

teantur ei. Confiteantur autē ei gemina quadā confeſſione/ vt duplicib⁹ veſtiamini. id eſt cōfeſſione peccatorū veſtrorum: ⁊ ꝯfeſſione laudis diuine. Tūc enim veri confeſſores eritis/ ſi omis veſtra vita confiteatur vos pctōres et dignos multo maioribus penis. deū vero ſumme bonū qui ꝓ his leuibus ⁊ trāſitorijs eterna cōdonat ſupplicia q̄ meruiſtis. Quiſquis eni ardēter non deſiderat penitentiā videt̄ operibus dicere ſe non indigere penitentia: et ita ſuam nō cōfitet̄ culpā: aut nō poſſe prodeſſe ei penitentiā: et ita diuinam non confitetur bonitatem

¶ Ca.xxiiij. De duabus ſpeciebus ſuperbie In prima parte epiſtolarū. ad henricū ſenonēſem archiepm

Superbia eſt appetitus ꝓprie excellentie. hec i ſpecies duas diuiditur: in cecā ⁊ vanā ſuperbiā. Que quidem et alijs noībus appellari poſſunt contumatia ⁊ vanitas. Quarū prior intelligentie: poſterior volūtatis viciū ē. Nam ex illa rationis fallitur oculus ⁊ ex iſta voluntatis appetitus male afficitur. Quod melius ſingularū diffinitionibus demōſtrabimus. Ceca ſuperbia ſeu cōtumacia eſt viciū quo ſe exiſtimās aliquis vel eſſe bonū quod nō eſt vel a ſe eſſe qḋ eſt: in ſe nō in dn̄o gloriatur. Uana ſupbia ſeu vanitas eſt vicium quo quis tam de eo qḋ eſt q̄ȝ de eo quod non eſt: ſuis magis q̄ȝ dei laudibus delectatur.

¶ Ca.xxv. De duab⁹ ſpeciebus humilitatis. Ubi ſupra.

Humilitas eſt contēptus ꝓprie excellentie. Contēptus opponit̄ appetitui. Duab⁹ quoq̄ȝ ſuperbie ſpeciebus due nihilomin⁹ humilitatis ſpecies opponūtur. Contra cecā cum q̄s de ſe nouerit ſentire humiliter. Contra vanam nec cōſentire aliter ſentientibus. Nempe qui de ſeipſo humiliter ſentire nouit/ in neutro ipſius de ſe iudiciū falli poteſt: videlȝ vt aut maius aliqḋ putet ſe eſſe q̄ȝ ſit: aut a ſe eſſe qḋ ſit. Et ideo patiēter carēs quod ſibi nouit de eſſe: humiliter de eo quod cert⁹ eſt adeſſe non in ſe: ſed in dn̄o gloriat̄. In epiſtola ad ogeriū canonicū regularē. Nō parcit ſibi arrogās/ non parcit ſibi ſuperbus: nō cupidus vane glorie ⁊ iactator actuū ſuorū: q̄ vel ſibi arrogat qḋ ē vel mentitur de ſe qḋ non eſt. Sol⁹ qui vere humilis eſt parcit aie ſue q̄ ne putetur quod nō eſt: ſemp quantū in ſe ē vult neſciri quod eſt. Grāde reuera periculuȝ audire quemq̄ȝ de ſe ſupra quē ſentit in ſe

¶ Ca.xxvj. De duobus quibus ſibi cauet contēptor laudis hūane. In epiſtola ad henricū ſenonenſem archiepiſcopum

Qui humanas laudes cōſueuit ꝑfecte contēnere: cū ſe laudari ꝑcipit de eo quod in ſe nouit nō eſſe nullatenus acquieſcēs: illud ſibi cōmeōrat. Qui te beatificāt in errorē te mittunt. Cū vero laudari ſe cōperit de bono qḋ ſe forte habere cognoſcit: nihilominus quantū in ſe eſt ſcuto veritatis curat a ſe repellere iaculū fauoris/ dās deo gloriam ⁊ dicēs. Gratia dei ſuȝ id quod ſum. Probat ipſe opus ſuū: ⁊ ſic habet in ſemetipſo gloriā/ ⁊ non in altero. Fidelis ſuimet cuſtos qui ſibi oleū fauoris ſine fraude reſeruet: ne i aduētu ſponſi lāpas conſciētie vacua extinguetur. Non in altero inquā. Nec enī tutum arbitrab at̄ labijs hoim cōmittere gloriā ſuam arche vtiq̄ȝ ſine claue et ſera. Non tutū plane: ſed ſtultuȝ ibi theſaurū tuum recōdere: vnde reſumere non valeas cū volueris. Si ponis in os meū iam non in tua: ſed in mea poteſtate eſt/ cum vtiq̄ȝ ꝓ meo libitu: vel laudare te poſſim vel derogare tibi. Sanū vas ⁊ inconcuſſum cōſcientia et ſecretis ſeruādis idoneū: nullis patēs inſidijs/ nulli violentie cedēs/ nulli q̄ppe oculo vel manui acceſſibilis: excepto dūtaxat ſpiritui qui ſcrutat̄ etiaȝ alta dei. Quicqḋ in ea repoſuero ſecurus ſuȝ q̄ non perdā: ſeruabit viuo/ defuncto reſtituet. Nam quocunq̄ȝ vado ego/ ipſa it mecū: ſecū ferens depoſitū

quod ſeruandum accepit. Adeſt viuo:
mortuum ſequitur. Ubiqꝫ mihi vel glo-
ria vel confuſio inſeparabilis pro qua-
litate depoſiti.

## ¶ Ca. xxvij. De duob⁹ in con ſilio neceſſarijs. vbi ſupra.

AD conſilium ſoli eligantur qui ⁊
prudētes eſſe videātur ⁊ beniuoli
Abſqꝫ prudētia ⁊ beniuolētia ſcio non
eſſe perfecta ꝯſilia. Ue noſtro generi ab
imperfectione ſua. Uix in multitudine
hominum vnum reperias in vtraqꝫ gra
tia conſummatū. Haud facile ſiquidē
vel prudēti beniuolentiā: vel fideli in-
eſſe ſapientiā deprehēdas. Sine nume
ro autem ſunt: quos vtriuſqꝫ muneris
expertes eſſe conſtiterit.

## ¶ Ca. xxviij. De duobus in q̄ diuiditur monaſterialis obſeruatio In libro de precepto ⁊ diſpenſatione.

PArtienda eſt nobis vniuerſa ob-
ſeruatio regularis: in precepta vi
delicet et remedia. Preceptis inſtituit
vita contra peccatum: remedijs inſti-
tuitur poſt peccatum innocētia. Sic er
go vtraqꝫ iſta complectitur noſtra pro
feſſio. vt profeſſus quiſquis cum in ali
quo forte regularium mādatorum de-
liquerit: ſi ad remedium eque regula-
re confugerit. etſi cōuincitur tranſgreſ-
ſor mandati: non tamen pacti preuari
cator. Solum itaqꝫ cenſuerim fregiſſe
votum: violaſſe propoſitū. pactū pre-
uaricaſſe: qui ⁊ preceptum contempſe
rit et remedium. Nam illum ſane dico
ſecurum: qui etiam ſi interdum obediē
tie limitem preterierit: conſilium non
reſpuit penitentie. Regulares nāqꝫ ter
minos etſi ſepe deliquerit / non eua-
dit: qui cenſure que ex regula eſt diſci-
plinam non ſubterfugit. Pars ſiquidē
regule eſt regularis correptio: et in ea
reperitur. non ſolum bone vite inſtru-
ctio: ſed etiam emendatio praue. Inue
niuntur in ea et precepta obedientie et
inobedientie remedia: vt ne peccando
quidem a regula recedatur. Fateor ſa
ne impoſſibile cuiuis mortaliū / vel ve
nialiter interdū non delinquere in pre-
ceptis obedientie: ſed nulla iam de im
poſſibilitate querela. quādoquidem ⁊
ex regula: licet id quoqꝫ quod crimi-
naliter delinqui contigerit emendare.

## ¶ Ca. xxix. De duobus in mo naſterijs obſeruandis. In epiſtola ad Adam monachum ſecunda: que ordit Si maneres in charitate.

UT cetera taceam / duo precipue
in monaſterijs conuerſātibus ob
ſeruanda traduntur. Subiectio abba-
ti: et ſtabilitas in loco. Et ita oſeruan-
da ꝙ neutrum impediat alterum: nec
alterutrum ſibi preiudicēt: vt verbi gra
tia. Sic te ſtabilē in loco exhibeas: vt
abbati ſubijci nō contemnas. Sic obe
dias abbati ſubiectus: vt ſtabilitatē
non amittas. Dico ergo abbati ꝑ om-
nia obtemperādum: ſed ſalua profeſſi
one. Si abbas meus aut etiam angel⁹
de celo contraria iuſſerit: libere recuſa
bo huiuſmodi obedientiā: que me trāſ
greſſorem proprij voti / ⁊ peierare facit
nomen dei mei.

## ¶ Ca. xxx. De auctoritate pre cipientium et qualitate preceptorum. In libro de precepto et diſpenſatione.

CUius inter preceptores reueren-
tior nobis imminebit auctoritas
eius grauior formidetur offēſa: ac ma-
ioris cuiuſqꝫ mandati tranſgreſſio dā-
nabilior eſtimetur. Melius ſiquidem
eſt obedire deo: q̄ꝫ hominibus. et in ipſis
melius magiſtris: q̄ꝫ diſcipulis. Porro
in magiſtris melius noſtris: q̄ꝫ extrane
is. Quibus autem melius cōſtat obe-
dire: ipſis proculdubio et non obedire
deteſtabilius eſt. Et de mādatis ſimili
ter. Maioribus quippe maior: minori-
bus minor opera noſtra ac cura debetur
de quorum ⁊ contemptu iuxta eandē
conſiderationē grauior: leuior ve offen
ſa contrahitur. Porro maiora minora
qꝫ mandata dixerim / ſcdm ꝙ magis
minus ve velle cōſtiterit: ipſum qui pre
cipit ſiue hominē ſiue deum. Tā ergo
qualitas preceptorum / q̄ꝫ auctoritas

precipientiũ et obedientie prefigit metam: et in obedientie terminat culpã. quãdo in prelatis quibuſq; auctoritatis grauioris: et eorum mandatis quibuſq; maioris vtilitatis quo diligentior debetur obſequendi cura: eo ⁊ culpa grauior incurritur de cõtemptu. His itaq; diſtinctionibus animaduerſis et obedientie modus: et põdus inobediẽtie ſacile reperitur

¶ Ca. xxxi. De neglectu ⁊ contemptu mãdatorum. Ubi ſupra

Hec generalis regula vniuerſorũ preceptorum: que per ſe aut propter ſe nec bona nec mala ſunt / aut diuina inſtitutione / aut propria cuiuſq; profeſſione fixa non ſunt: vt non iuſſa quidem licite vtrũlibet vel admittãtur vel omittãtur. iuſſa vero ſine culpa nõ negligantur: ſine crimine non contemnantur. Ex his verbigratia dico vel riſum eſſe interdictum: vel indictum ſilẽtium. Hec ſiquidem ſi contra mãdatũ non veniũt: nec peccata ſunt. Accedente mãdato ſi quo minus iam obſeruãtur in peccatum reputãtur: nõ tamẽ in crimen. ita ſane ſi per ſurreptionem aut obliuionem / non per contemptum horum tranſgreſſio cõtigerit. Ubiq; enim et culpabilis neglectus: et cõtemptus damnabilis eſt. Differunt autem ꝙ neglectus quidem languor inertie eſt: cõtemptus vero ſupbie tumor. Porro cõtemptus in omni ſpecie mandatorum pari pondere grauis et cõmuniter dãnabilis eſt: neglectus autẽ in fixis grauior: tolerabilior in mobilibus mãdatis. Siquidẽ adulterium quocũq; modo / quocũq; ꝑpetres animo: turpe flagitium eſt ac crimiale peccatum. cum tamen leue verbum in tempore vel loco ſilentij forte per obliuionem ſurreptũ. riſus vel per impetum magis excuſſus ꝙ preſumptus cõtra preceptum: quod vtiq; cum negligẽtis aut diſſoluti ſpiritus indicium eſt: eo facillime veniam promereatur: quo vix vel peccatum reputatur. Quid cum ſcienter et cum deliberatione in verba ocioſa ſilẽtio: licet nõ in dicto lingua laxatur? Unde nimirũ ratio exigenda eſt in futuro iudicio? Heu nobis. q̃nã poterit reddi ratio de ocio? Alioquin ocium nõ eſt: ſed non omino ratione vacuum eſt. Et tamẽ quis neſciat vnum detractionis verbum quãtum etiã innumeris talibus: id ẽ ocioſis preponderet ad delictum meritũq; damnationis? Quid ita: videlicʒ quia diſcretio eſt in mãdatis: conſequenter et in culpis: vt maiorũ grauior: leuiorq; minorum cenſeatur tranſgreſſio mãdatorum.

¶ Ca. xxxij. De gemina ſpecie viciorum. In quibuſdam ſentẽtijs.

Est gemina ſpecies viciorũ. Alia enim ſunt que nocent nobis: alia que proximis. Illa flagitia: iſta vocantur facinora. Et hec omnia dicũtur vallis lacrimarum: quia omni fletus fluuio plangẽda eſt vita peccatorum. De valle flagitiorum aſcenditur ad montem caſtitatis triplici continentia. mẽbrorum: ſenſuũ: cogitationum. In prima continentia cohibetur actus. in ſecunda vitatur aſpectus. in tertia reſecatur affectus. Item de valle facinorꝫ aſcenditur in montem innocentie. Hic erigitur ſcala. Qđ tibi nõ vis fieri: alij ne facias. Et ponitur in ea triplex gradꝰ timoris. vel eiꝰ ſcilicʒ q̃ patitur: ne reddat talionem. vel ſuperioris ꝑtatis ne inferat vltionem. vel interni iudicis q̃ reddet vnicuiq; ſcḋm opera ſua. De mõte innocentie cõfugiendum eſt ad montem pacientie. et hic quoq; erigitur ſcala triplicis gradus. Primus eſt domini paſſio. ſcḋs martirum fortitudo. tertius premij magnitudo. Mõs iſte pacientie ſcḋm hos gradus eſt arduus. ſpinoſus: aridus. Arduus propter difficultatem imitandi paſſionem dñi. Spinoſus propter aculeos tẽptationum que multiplices ſunt: dãno ſcʒ rerum: cõtumelijs verborũ. cruciatibꝰ corporũ. in quibus oẽs ſancti martires examinãtur. Aridus propter retributiões premiorum: que non in hoc ſeculo ſperantur ſed in futuro

¶ Ca.xxxiij. De veteri ⁊ nouo hoie. In quibuſdam ſententijs.

Duo homines ſunt vetus ⁊ nouus Adam vetus ⁊ chriſtus nouꝰ. Ille terrenus: iſte celeſtis. Illius ymago vetuſtas: iſtius ymago nouitas. Eſt aũt triplex vetuſtas: ⁊ ecõtrario triplex nouitas. Eſt eni vetuſtas in corde / in ore / in opere. In quibus tribus modis peccamus: cogitatione / locutione / ⁊ opere In corde ſunt carnalia deſideria ⁊ ſecularia. id eſt amor carnis ⁊ amor ſeculi. Similiter in ore eſt gemia vetuſtas: arrogantia ⁊ derogatio. Itẽ gemia in opere flagitia ⁊ facinora. Hec oia ſunt imago veteris hominis: ⁊ hec oia renouanda ſunt in nobis. Renouetur ergo cor a carnalibus deſiderijs ⁊ ſecularibus vt excluſis illis introducat̃ amor dei: et amor patrie celeſtis. Recedant ab ore arrogantia ⁊ derogatio: ⁊ ſuccedãt pro his vera peccatoꝝ confeſſio / ⁊ bona de proximis eſtimatio. Pro flagicijs ⁊ facinoribus q̃ vetuſtas eſt operis: aſſumatur cõtinentia ⁊ innocẽtia: vt ſcꝫ cõtrarijs virtutibus cõtraria vicia depellantur.

¶ Ca.xxxiiij. De duplici timore. In epiſtola ad ogerium canonicum regularem.

Eſt timor inutilis: triſtis / crudelis qui veniã quia nõ querit nõ conſequitur. Eſt ⁊ timor pius: humilis ⁊ fructuoſus / qui cuilꝫ quantũlꝫ etiam peccatori facile veniã promeret̃. Talis timor generat: nutrit / ⁊ ſeruat humilitatem: ſed manſuetudinẽ / ſed patientiam ſed longanimitatẽ. Queꝫ non delectet tam inclita ples? Alterius vero miſera ſoboles eſt pertinacia: immoderata triſticia. rancor / horror / contemptus / et deſperatio

¶ Ca.xxxv. De duabus filiabus ignorantie. Sup cantꝫ. ſermo. xvij

Peſſime matris ignorantie / peſſime filie due ſunt: falſitas ⁊ dubietas. Illa miſerior: iſta miſerabilior: pernicioſior illa: iſta moleſtior. Cũ loquit̃ ſpũs cedit vtraqꝫ. ⁊ ẽ nõ ſolũ veritas: ſꝫ et certa veritas. Eſt qppe veritatis ille ſpiritus: cui cõtraria falſitas eſt. Eſt et ſapientie que cũ ſit candor vite eterne: et vbiqꝫ attingat ꝑpter mundiciã ſuaꝫ obſcurum ambiguũ nõ admittit. Cauẽda ſane cũ ſpiritus iſte non loquit̃: etſi nõ moleſta dubietas: certe falſitas execranda. Aliud eſt eñ ſub incerto: hoc vel illud opinando ſentire / aliud temere affirmare quod neſcias. Aliud ẽ dubitare de veritate / quod patiaris neceſſe eſt: cũ ſpiritus minime ſpirat / ⁊ aliđ ſapere falſitateꝫ: quod facile caues / ſi eandem tuaꝫ ignorantiã non ignoras. Aut ergo loquat̃ ſemꝑ ſpiritus / qđ noſtri quidem minime arbitrij eſt: aut qñ ſilere placet hoc ipm indicet ⁊ loquat̃ ſaltem ſuũ ſilentiũ: ne ipm nobis falſo ꝓire putãtes noſtrũ ꝓ ipſo male ſecuri ſequamur errorem. Etſi ſuſpendit ambiguo: non relinquat mẽdacio. Eſt qui dubie profert mendaciũ nec mẽtit̃ et eſt qui veritatẽ quã affirmat neſcit: ⁊ mentitur. Nã et ille nõ quidẽ quod nõ eſt eſſe: ſed ſe qđ credit credere dicit / et verum dicit. etiãſi hoc verũ non ſit qđ credit: ⁊ is cum certũ ſe vnde certꝰ non eſt dicit / verũ non dicit. etiamſi verũ ſit de quo aſſerit

¶ Ca.xxxvj. De duplici malo in nato ⁊ ſeminato. Super cãtica ſermone. xxxij

Cum mala in corde verſamus: noſtra cogitatio eſt / ſi bona dei ſermo eſt. Illa cor noſtrũ dicit: hec audit. Pacem pietatẽ / iuſticiã / deus in nobis loquitur: nec talia cogitamꝰ ex nobis: ſed in nobis audimus. Ceterũ homicidia / adulteria / furta / blaſphemie / ⁊ ſimilia his de corde exeunt: nec audimꝰ ea ſed dicimus. Sed eſt ꝑterea qđ corde quidem ſentit̃: non tñ cordis eſt verbum. neqꝫ eñ de corde exit ſicut noſtra cogitatio: ſed neqꝫ illud ẽ quod ad cor fieri diximus verbũ videlicet dei: cũ ſit malum. Immittit̃ autẽ a cõtrarijs poteſtatibus: ſicut fiunt immiſſiones ꝑ angelos malos: quale verbi cauſa fuit qđ

legitur immiſiſſe in cor dyabolus: vt
traderet dñz Judas ſimonis ſcariothiſ
Uerum quis ita vigilet ⁊ diligẽs ſit ob
ſeruator motionũ internarũ ſuarũ. ſiue
in ſe ſiue ex ſe factarũ: vt liquido ad q̃
que illicita ſenſa cordis ſui diſcernat
inter morbũ mẽtis ⁊ morſuʒ ſerpentꝭ?
Ego nulli mortaliũ hoc poſſibile puto
niſi qui illuminatus a ſpũſancto: ſpẽa
le accepit donũ illud quod apoſtolus
noiat diſcretionẽ ſpirituũ. Quantumlʒ
enim quis ſcðm Salomonẽ omni cuſto
dia ſeruet cor ſuũ et oĩa que intra ſe
mouentur vigilãtiſſima intẽtione obſer
uet: etiãſi diuturnũ forte in his habue
rit exercitiũ ⁊ frequens experimentum
non poterit tñ ad purũ in ſe dinoſcere
diſcernere/vel ab inuicẽ malũ innatuʒ
et malũ ſeminatũ. Nam delicta q̃s in
telligit? Nec multũ refert noſtra ſcire
vnde nobis ineſt malũ dũmodo ineſſe
ſciamus. Uigilandũ potius ⁊ orandũ
vndecũq; ſit ne cõſentiam⁹. Nõ poſſuʒ
tradere vobis qđ non accepi. Non aũt
accepi fateor vnde aſſignẽ certã notio-
nem inter partũ cordis/⁊ ſeminarium
hoſtis. Quippe vtrũq; maluʒ: vtrũq; a
malo: vtrũq; in corde: ſed nõ vtrũq; de
corde. Hoc totũ certũ mihi i me: etſi in-
certum quid cordi/q̃d hoſti tribuam: ⁊
id quidẽ abſq; periculo. Sed ſane eſt
vbi periculoſe imo damnabilit̃ erratur
atq; ibi merito nobis certa prefigit̃ re-
gula: ne quod dei eſt in nobis dem⁹ no-
bis: putantes dei viſitationẽ noſtrã eſſe
cogitationẽ. Ergo quantũ diſtat bonũ
a malo: tantũ iſta duo a ſe: qm̃ nec de
deo malũ/nec de corde exiet bonũ: niſi
quod prius forte de deo conceperit

## ¶ Ca. xxxvij. De duplici corruptione anime/ſcilʒ ⁊ corporis. Jn q̃buſdam ſententijs.

HAbet anima corruptionẽ ſuã: hʒ
et corpus ſuã. Corruptio anime
tripartita eſt: corporis eſt quadripˀtita
Corpus ſiquideʒ conſtat ex quattuor
elementis. Aĩa vero in triplici vi ſubſi-
ſtit. Eſt ei rõnalis/ꝯcupiſcibilis/ iraſci
bilis. Rationẽ cuius eſt cognitio veri-
tatis corrũpit ſuperbia: corrupta aũt
fallitur duobus modis: in cognitione
ſui/⁊ cognitione dei. Cõcupiſcentiã cor
rũpit vana gloria: memoriã peruerſe
cogitationes. Corruptio corporis dici
tur abominatio: ⁊ fit quattuor modis
ſcðm quattuor elemẽta ex quib⁹ cõſtat
Quattuor eñ ſunt q̃ corpus corrũpũt
curioſitas/loquacitas/crudelitas/vo
luptas. Sũt autẽ quattuor partes cor
poris in quib⁹ ſingulis maxime vigent
ſingula elemẽta. Nã in oculis ẽ ignis.
in lingua q̃ vocem format aer. in mani-
bus quarũ proprie tactus eſt terra. in
genitalibus aqua. Has quattuor par
tes corrũpit illa quadripartita peſtis
Oculos ſcilʒ curioſitas: linguã loqua-
citas: manus crudelitas: genitalia vo
luptas: ſic fiunt hoĩes corrupti ⁊ abo-
minabiles. corrupti in aĩa/ abomiabi
les in corpore: corrupti corã deo: abo-
minabiles coram hominibus.

## ¶ Ca. xxxviij. De duplici malicia dyaboli. Jn ſer. p̃io de ſctõ ãdrea

HAbet nequiſſimus ille inimicus
laqueos/habet et iacula: vtpote
calidiſſimus venator hoĩm ſolum ſiti-
ens ſanguinẽ animarũ. Alios telis ap
petit malicioſe cuiuſlʒ ſuggeſtionis: et
in eis vulnerat multos quoꝝ tenuis ẽ
patientia. Alios voluptatibus irretire
laborat: ⁊ in his cõcludit multitudinẽ
copioſam eorum qui in terra repũt: ac
volitant iuxta eã. Sit ergo gaudiuʒ in
tribulatione: ⁊ iam non habet malign⁹
vnde illiciat: ⁊ nõ habet vnde deijciat.
Nunq̃ proficiet inimicus in eo quem
crux chriſti delectat: ſi carnalẽ ſugge-
rit delectationẽ/⁊ filius iniquitatis nõ
apponet nocere ei. ſi ad exaſperanduʒ
animũ eius quãlibet immittere tenta
uerit amaritudinẽ. Nõ curat delicias
qui ieiunio paſcitur: multo minus pro
eo murmurare põt in quo etiã delecta
tur. Plane altiſſimũ poſuit refugiũ ſu-
um. vbi nec muſcipula inimici timẽda
ſit: nec ſagitta

## ¶ Ca. xxxix. De duplici ſcien

tia mala. In quibuſdam dictis

Alia eſt ſcientia mūdi que docet vanitatē: ⁊ alia eſt ſciētia carnis que docet voluptatē. Illa tanq̄ pater iſta tanq̄ mater nobis eſt. Sicut enim mater filio ſuo ſemp optat quietem: et omnem prorſus laborē claudit a filio ſuo: ſic caro incraſſata: impinguata/ dilatata/ nec minimis ſaltē digitis patit̄ ſe contingi. Et ſicut pater filiū ſuū vult huc illucq̄ diſcurrere: vt addiſcat aliquando vnde magnificet̄. Sic ⁊ mund⁹ vult hoīem multis laborib⁹ intricari: vt habeat vnde ſuperbiat: vnde inflet̄ et decipiat de vanitate in idipſum.

## Ca. xl. De duab⁹ ſanguiſuge filiab⁹. De colloquio ſimonis ⁊ ieſu

Sanguiſuge due ſūt filie, id eſt proprie volūtatis que quaſi radix eſt. Due filie ſunt vanitas/ ⁊ voluptas: clamantes affer/ affer. he nunq̄ ſatiātur: nunq̄ dicūt ſufficit. Siquidē nec animus vanitate: nec voluptate corpus aliquando ſatiātur. fuge ſanguiſugam hāc et oīa reliquiſti: hec em̄ omia trahit ad ſe. Pone hāc: ⁊ iugum tā importabile: q̄ multiplex abieciſti. Inquietum maluȝ quod ſpiritui ſemper incūbens inexcogitabilia meditatur. Nullum michi onus importabilius: nulla grauior ſarcina ē. Sane felices liquet eſſe qui exonerati ſunt ⁊ ſequūtur dn̄m expediti: arctiſſimum em̄ foramē expectat ſi quē ſequimur cōſequi volum⁹. per anguſtā cōtēdamus ingredi portā neceſſe ē. Quid tu camele gibbū. quid tu pecunioſe proditoris loculos tollis Non impie ſic ingredieris foramē ac⁹ ſi huiuſmodi ſarcinas non admittis. Utinā ſaperes miſer ⁊ intelligeres cū theſauro pecunie theſaurū ire pariter cumulari. vtinaȝ nouiſſima ꝓuideres. ſi aduerteres facile per foramen acus tranſituros nō diuiciarū cumulos: ſed delictorū. Nihil em̄ intulimus in hūc mundum: haud dubiū/ quia nec auferre poterimus quicq̄. Sane argentum et auruȝ nihil eſt ſibi vtrūq̄ retinet mūdus. inexorabilem cōſtituit ianitorem foramen anguſtuȝ eſt: nihil ex omnibus aſportare licebit. Nam peccatū quia nihil eſt: nulla poteſt foraminis anguſtia retineri. Solū hoc ſequitur te quocūq̄ ieris: quocūq̄ intraueris/ pellem hanc non depones. Que autem paraſti inſipiens cuius erunt?

## Ca. xlj. De duobus generibus hoſtiū nobis aduerſantiū. In ſer. qui orditur Pauperes quidē. prio ſer. qui intitulatur Cōſolatorij ad fratres

Duo nobis aduerſātur hoſtiū genera: maluȝ videlȝ duplex quod facimus: et quod patimur. hec autem ſūt vt apertius dixerim: culpa ⁊ pena. Itaq̄ cū ſit nobis vtraq̄ ꝯtraria: erit ſi voluerimus vtraq̄ pro nobis: vt hec quidē ab illa liberet. Itē aduerſus iſtā iuuet illa/ nec parū. Ecce em̄ confugimur in cordibus noſtris: ⁊ in cubili cōſcientie ſuper delictis preteritis. ſȝ delinit cōſcientiā: ⁊ corrodentium dentes peccatorum cōterens/ reducit ad ſpem venie penitētia iſta. ⁊ voluntaria pena quam patimur nō ſolum autem preterita: ſed et futura repellit. Nam ⁊ tentantia propulſat vicia ⁊ nōnulla ſic perimit: vt aut raro aut nunq̄ venenatuȝ poſſint erigere caput. Sic pena pro nobis facit aduerſus culpam: vt vel omnino non ſit/ vel ſit minor. Culpa vero nihilominus agit: vt aut nō ſit: aut minor ſit pena. Non quidem vt omino nō ſit: aut a quātitate ſua minuat̄/ quod nullatenus expediret. ſȝ vt nō ſit pena: aut minor ſit. videlicet aut non ſit: aut minus ſit oneroſa. Quiſquis em̄ perfecte ſenſerit onus peccati et aīe leſionē: aut parum ſentiet/ aut ex toto non ſentiet corporis penā: nec reputabit laborem: quo peccata nouerit deleri ꝑterita/ futura caueri. In ſecūdo ſermone q̄ incipit Labor iſte. vbi ſupra. Nūquid ad laboreȝ creati ſumus? Abſit. Nam licet homo ad laborē ſit natus: ſȝ minime ad laborē creatus ē. Natiuitas in culpa eſt: ideo ⁊ ī pena. Aliena ab vtriſq̄ eſt prima creatio: quia ſicut nō culpam: ita nec penā deus fecit. Itaq̄ la

hō ad labor̄ nat⁹
ſ nō creatus

borante corpore: mēs quoqꝫ ipſa ſuo in tenta ſit operi ⁊ non vacet. Cauſā labo ris cogitet i labore: vt ipſa ei pena quā patitur / culpā pro qua patitur repre= ſentet. Dū videt vulnerū ligaturā: ipſa ſub pannis vulnera medicetur. Huiuſ= modi ſiquidē cogitatione humiliamur ſub potēti manu dei. ⁊ dulci quadā pi= etate mens plena miſerabilem ſe exhi bet in oculis eius.

¶ Ca. xlij. De duobus lateri= bus ſcale. In libro de colloquio ſimo= nis et Jeſu

Oportet nos domare carnem / cal= care mūdum: vt voluptatē corpo ris declināntes / caueamus nihilominꝰ ſeculi vanitatē. Totum nimirū quod a via vite ⁊ diſcipline deterret filios hu= ius ſeculi: totum quod exercet interim ſeruus dei in his duobus eſt. Hec ergo ſint latera ſcale. vilitas / et aſperitas: quibus deinceps interne virtutis ⁊ gra tie gradus firmiter inſerātur. Eſt enim videre hoīes mundi ſpernētes gloriā ⁊ fauores calcātes populi: non deſiderā tes humanū diem: ſed nō adeo fortes in tolerātia corporalis moleſtie: nō a= deo reijciētes mollia. non adeo carnis illecebras ſuperātes. quid iſtos dixeri niſi latus alterū non tenere? Porro vni tātū lateri innitēti / periculoſus nimis aſcenſus ⁊ proximus eſt ruine. Quod ſi periclitatur q̄ circa carnē videtur plus q̄ꝫ oporteat infirmari / lꝫ mūdi reſpuat gloriā: nec cōtumelijs moueatur. pro= fecto longe horribilius eſt periculū: ⁊ multo magis Iexcuſabile. ſi quis forte licet caſtigās viriliter corpus ſuū ⁊ nō parcens eius afflictioni / inueniatur tn̄ minus reſiſtēs glorie deſiderio. minus patiēs iniuriarum: minus puritatis ⁊ ſolide humilitatis habēs: minus imu nis a ſeculi vanitate. Sane vbi ſtabilie ris et firmaueris in corde tuo: ⁊ aſperi= tatē corporalis abſtinētie ac laboris amplecti: ⁊ omni vilitate ⁊ extremitate eſſe contētus / bona ſūt latera. Secure iam inſere gradus exercitij ſpiritalis. vt totū quod carni ⁊ mūdo ſubtrahis ſtudio pietatis impēdas. Oblitus que retro ſunt: ⁊ extēſus in āteriora. vt aſcē ſionibus diſpoſitis: de virtute profici= as in virtutem. vt videre deum deorum in ſyon merearis.

¶ Ca. xliij. Q duobꝰ modis ſe debet vnuſquiſqꝫ irreprehenſibilē ex hibere coram deo ⁊ hominibus. In qui= buſdam ſententijs.

Debet vnuſquiſqꝫ quātum poteſt irreprehēſibilem ſe exhibere. pri mum quidē corā deo: ſed deinde homi bus. Et notādum q̄ tribus modis pro uidētur bona corā hoībus. id eſt habi= tu: actione / ſermone. Habitu ne ſit no= tabilis. actione ne ſit reprehenſibilis. ſermone ne ſit contemptibilis. Tribus etiam modis corā deo. cogitatiōe: affe= ctiōe: intentione. Nam et cogitatio de bet eſſe ſancta: et affectio pura: et intē tio recta. Sunt autem tria iſta. cogita= tio: affectio / intentio in anima. ſed i ea quoqꝫ ſingula: locis ꝓprijs diſtincta videntur Nam cogitatio in memoria. affectio in voluntate. intentio in ratio= ne conſiſtit. In anima ſi peccatū ſugge ritur memorie per cogitationē: nullum tamē prebuerit: aut volūtas affectum aut deliberatio ipſa conſenſum fateor quidem deformitas eſt. Ceterū etſi ne uus eſt: ſed non morbus. Q ſi volūtas quoqꝫ ipſa iam delectationis ſenſu affi citur: reſiſtit tn̄ adhuc deliberatio rati= onis. infirmatur quidē: ſed necdū mori tur anima. Tūc enim mori dicitur: qn̄ et ipſa ratio ad peccatū per intētionē curuatur. In ceteris ſiquidē. id eſt me= moria / volūtate: nō ita eſt itolerabile. ſi vel memoria recipiat quādoqꝫ vagā cogitationem: vel volūtas impurā affe ctionem. Hoc vero grauiſſimū eſt: im= mo omnino dānoſum. ſi vnqꝫ ratio per= diderit intentionis rectitudinem

¶ Ca. xliiij. De duplici cōuer ſione. ſcilicet interiori / et exteriori. In ſermone de ieiunio. ſcilicet Conuertimi ni ad me.

CORporis conuerſio ſi ſola fuerit: erit nulla. Forma ſiquidē cōuerſionis eſt: nō veritas. Uacuā virtute: gerens ſpeciem pietatis. Miſer homo q̄ totus pergēs in ea q̄ foris ſunt: ⁊ ignarus interiorū ſuorū putās ſe aliquid eē cum nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. Exteriorē quippe ſuperficiem intuens ſalua ſibi omnia ſuſpicat᷑: non ſentiēs vermen occultū qui interna corrodit. De aſſūptione marie. ſer. ſcđo Uideas eñ interdū ſic palliatū hominē: vt ſeducat etiam ſemetipm̄. Solas mouet man⁹ ad opa mandatoꝝ: corde penit⁹ arido: duct⁹ conſuetudine quadā. In corde eñ ſeruus eſt ꝓprie voluntatis: cultor auaritie/glorie cupidus: ambitiōis amator aut hec oia/aut ſingula queque vicia intus fouens: ⁊ mētitur iniq̄tas ſibi: ſ꜃ deus nō irridet᷑. In ſcđo ſer. de ieiunio. Attende ſolerter quid diligas: q̄d metuas: vnde gaudeas: aut cōtriſteris et ſub habitu religionis ſecularē animū: ſub pannis conuerſionis inuenies cor peruerſum. Totū eñ cor in his quattuor affectionib⁹ eſt: ⁊ de eis accipiēdū puto qđ dicitur: vt ī toto corde tuo cōuertaris ad dn̄m. Cōuertatur proinde amor tuus vt nihil oīno diligas niſi ipſum: aut certe ꝓpter ipm̄. Cōuertatur etiam ad ipſum timor tuus: quia puerſus eſt timor omnis quo metuis aliq̄d preter eū: aut non ꝓpter eū. Sic enim et gaudiū tuum ⁊ triſticia eque cōuertant᷑ ad ipm̄. hoc aūt ita fiet: ſi non niſi ſcđm eū doleas aut leteris. Quid eniꝫ peruerſū magis q̄ letari cū malefeceris et in rebus peſſimis exultare? Sed et ea quoq̄ que ſcđm carnē eſt triſtitia morteꝫ operatur. Si ꝓ tuo ſiue ꝓximi peccato doleas bene facis: ⁊ hec triſticia eſt ad ſalutē. Si gaudeas ad munera gratie hoc gaudiū ſanctū eſt: ⁊ ſecurum gaudiū in ſpūſancto. Debes et in dilectione chriſti fraternis cōgaudere proſperitatib⁹/aduerſitatib⁹ cōdolere Uerum ne ipſa quidem corporalis eſt paruipendenda conuerſio: quia ſpiritalis huius adminiculuꝫ noſcitur eſſe non paruum

## ¶ Ca. xlv. Q̄ duobus modis a corde vita procedit

DUobus modis a corde vita ꝓcedit. Aut quia corde creditur ad iuſticiam ⁊ iuſtus ex fide viuit: ⁊ mūdo corde deus videtur. Aut q: chriſt⁹ vita noſtra/qui nūc per fidē habitat in cordib⁹ noſtris: ⁊ erit cū apparebit ⁊ nos cum ipſo in gloria. Et qui nūc latet in corde: tunc a corde ad corpus ꝓcedet: configurandum corpori claritatis ſue. Uulgo dicitur. Bonū caſtrū cuſtodit/q̄ corpus ſuū cuſtodit. Nos aūt non ſic: ſed vile ſterquiliniū cuſtodit: q̄ corpus ſuum cuſtodit. Qm̄ qui ſeminat in carne: de carne metet ⁊ corruptionē. q̄ vero in ſpiritu: de ſpū metet benedictionem Acſi dicat. Colendū ⁊ cuſtodiendū magis eſt anime caſtrū: qm̄ ab ipſo vita ꝓcedit. Sed caſtrū hoc in terra inimicorum ſitum: vndiq̄ impugnat᷑. Et ideo eſt omni cuſtodia cōſeruandū. i. omi ex parte muniendū: inferius/ſuperi⁹/an̄/et retro: a dextris ⁊ a ſiniſtris. Inferius impugnat cōcupiſcentia carnis. q: caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū. Superius imminet iudiciū dei. Horrendū eñ eſt incidere in manus dei viuentis. Retro mortifera delectatio ex recordatione preteritoꝝ delictorū. Ante inſtātia tentationū. A ſiniſtris arrogantiū fratrum inquietudo. A dextris obediētiū fratrum feruor ⁊ deuotio. Et hoc duobus modis: aut bonis actib⁹ eorū inuidendo/ aut ſingularē eorū gratiā emulando. Ergo contra carnē rigor vigilet diſcipline cōtra iudiciū dei: iudiciū cōfeſſionis. Et hoc fit duplex. Manifeſtū de manifeſtis: occultū de occultis: q: ſi noſmetipſos iudicauerimus: non vtiq̄ iudicabimur. Contra delectationē ex memoria peccatoꝝ frequētia lectiōis: cōtra tentatōes orationis inſtātia. Aduerſus fratrū obedientiū feruorē: congratulatio et diſcretio. Congratulatio enim expellit inuidiam: diſcretio nimiam emulationem

## ¶ Ca. xlvj. De vicijs ⁊ virtutibus pariter cōfligētibus.

In ſermōe

de ſeptem donis ſpiritusſancti.

SApientia vincit maliciã. Attingit
ergo a fine vſqꝫ ad finẽ fortiter: in
celo deiiciẽdo ſuperbũ: in mũdo ſupe=
rando malignũ: in iferno ſpoliãdo aua
rum. Diſponit omnia ſuauiter/ in celo
ſtantes angelos confirmãdo: in mũdo
detractos redimẽdo: in inferno liberã=
do captiuos. Uel aliter. Conſurgit ti=
mor contra negligentiã: qui em̃ timet
deum/ nihil negligit.. Si autẽ negligen
tia preualuerit: parit curioſitatẽ. q̃ em̃
in ſeipſo non quieſcit: foras cogit̃ eua=
gari. Hec ergo hoiem a corde ſuo eiicit
contra quã pugnat pietas q̃ eſt cultus
dei: et in corde colitur qui in corde cre=
ditur habitare. Curioſitas ſi ſupet pa=
rit experientiã mali: dũ eniꝫ euagatur
per multa facile anim⁹ inuenit vbi ad=
hereat: vbi noxiã experiat̃ dulcedinem
Contra hãc pugnat ſciẽtia: docẽs q̃d
ſic experiri tutũ ſit: q̃d nõ. Si vero pre=
ualeat experientia generat cõcupiſcen
tiam: vt trãſeat in affectũ cordis. Trã
ſiit autem in affectũ cordis qui legem
ſpernit: tranſiuit honeſtatẽ/ nec ratione
regitur: nec inhibetur pudore. Timorẽ
autem domini penitus dereliquit: ⁊ eſt
apud eum ꝓ lege voluptas. Solo vehi
tur appetitu: ſequitur cõcupiſcẽtiã ſo=
lam. Aduerſus hãc cõcupiſcentiã con=
greditur fortitudo: quia in illa iam vt
in manu forti liberatio eſt. Caſtigãdũ
ergo corpus extenuãda adeps: de qua
procedit iniquitas/ ⁊ peccãdi occaſio=
nes auferẽde. alioquin ſi cõcupiſcẽtia
extincta nõ fuerit: naſcitur de ea cõſue
tudo/ vt ſepe ſine omi eſtu deſiderii ad
illicita pertrahat̃. Ex hoc iam melius
eſt igeniũ q̃ vires: ⁊ opus eſt ſpiritu cõ=
ſilii. ne forte dum perſequimur cõcupi
ſcentiam: ſubſtantiã deſtruamus. Cõ=
ſuetudo ſi victa nõ fuerit: parit cõtem=
ptum. Aduerſus iſtuꝫ procedat neceſſe
eſt ſpiritus intelligẽtie: illuminãs tene
bras noſtras/ ⁊ lucẽ oſtendens miſera=
tionum dei. Intelligẽtia enim eſt de in=
uiſibilibus ⁊ abditis: que nec experiẽ=
tia cognoſcit/ nec ratio comprehendit.
Quale eſt: vbi abundauit peccatũ: ibi
ſuperabundauit ⁊ gratia. Qꝫ ſi non pre
ualuerit intelligẽtia reducere animuꝫ
ad ſpem: cõtemptus deiicit in maliciã
vbi deſperat de venia quã poſt cõſola=
tionem querit deinceps in hac vita. Iã
non eſt liberari: niſi cõtra maliciã cõ=
grediatur ſapiẽtia. vt clauus clauũ ex=
pellat ⁊ dulcedinẽ pernicioſam amarã
reddat dulcedo ſpiritalis immiſſa. Sic
ſapientia vincit maliciã: attingit a fine
vſqꝫ ad finem: a timore vſqꝫ ad ſapien=
tiam. fortiter eradicãs vicia ſingula ⁊
ſuauiter diſponit omnia: ſingulas inſe=
rendo virtutes. Expellit enim negligẽ=
tiam ⁊ timorẽ immittit: expellit curioſi
tatem/ ⁊ immittit pietatẽ: ⁊ ſic de aliis
et tandem expulſa malicia: ſapiẽtia re
gnat. Ergo quẽ negligentia obdormi=
teſcit: curioſitas peius excitat. attra=
xit experiẽtia: tenuit cõcupiſcentia: li=
gauit cõſuetudo: contemptus miſit in
carcerem: malicia iugulauit. Econtra
vincente ſapiẽtia: timor excitat. demul
cet pietas. ſcientia dũ ſuggerit quid et
quomodo factũ ſit apponit dolorem.
fortitudo erigit: ſoluit conſiliũ: intelle=
ctus de tenebris reducit ad lucẽ. ſapiẽ=
tia cibat: et ſalutarib⁹ reficit alimẽtis.

¶ Ca. xlvii. De voluntate et opere. In ſermone de beato Stephano Johanne et Innocentibus: qui incipit Benedictus qui.

COnſiderent hi qui de volũtate et
opere contẽtioſis ſolent diſputa=
tionibus corrixari: cõſiderent ⁊ aduer
tant neutrũ negligi oportere: vbi nõ vi
detur deeſſe facultas. pſertim cũ vtrũ=
qꝫ ſine altero. vbi tñ facultas deeſt: ſa=
lutem cõferre poſſit. Hoc quoqꝫ firmit̃
teneant prodeſſe quidem opus ſine vo=
luntate. nõ aũt contra voluntatẽ vt qñ
ſaluant̃ infantes: inde magis dãnentur
ficte accedẽtes. Nihilomin⁹ in q̃buſdã
volũtas ſine opere ſufficiẽs eſt. nõ aũt
contra volũtatẽ opus: verbi cauſa. Ra
pitur quis in bona volũtate. ſed necdũ
ꝑfecta: nondũ idonea martyriũ ſuſtine
re. Quis illi audeat pro hac iperfectio
ne negare ſalutẽ? Forte enim ꝓpterea

non ſinitur in illā grauem tentationem venire:ne deficiat ⁊ dānetur. Nimirū ſi in hac tā infirma volūtate induceretur in eam que ſuper ipſum eſt tentationē nec volūtas roboraretur: quis illū dubitet defecturū ⁊ negaturū/etſi i eo mori contigerit: etiam dānandum? In ea igitur imꝑfecta voluntate in qua ſaluatur vbi deeſt facultas operis: iā non poſſet ſaluari ꝓpter defectū operis vel opus defectionis. Idē vero ⁊ in ignorātia poſſet accidere. Agamꝰ ꝓinde gratias benigniſſimo ⁊ largiſſimo ſaluatori/qui ſalutis humane occaſiones tam copioſa caritate perquirit: vt in his voluntatem ⁊ opus/in his ſine opere voluntatem/in his etiā ſine volūtate opꝰ ſalutis inuenire letetur.

## Ca. xlviij. De timore et iuſtificatione. In epiſtola ad Thomā prepoſitum de Beruela

Precedit timor vt ſequatur iuſtificatio. Forſan ergo timore vocamur: amore iuſtificamur. Audiat itaq; in ſui vocatione peccator qđ timeat: et ſic accedēs ad ſolē iuſticie videat illuminatus qđ diligat. Quid nāq; eſt illud? Miſericordia dñi ab eterno ⁊ vſq; i eternum ſuper timētes eū. Ab eterno ꝓpter predeſtinationē: in eternū propter beatificationē. Altera carens principio: altera neſciens finem. Siquidē quos ab eterno ꝑdeſtinat: in eternū beatificat. intercedēte ſane media vocatione vna cū iuſtificatione: dumtaxat in adultis. Sic ad ortū ſolis iuſticie ſacramentum abſconditū a ſeculo / de ꝑdeſtinatis et beatificādis emergere: quodā modo incipit ex abiſſo eternitatis dū quiſq; vocatus per timorē: iuſtificatus ꝑ amorē preſumit ſe quoq; de numero eſſe beatorum/ſciens nimirū q: quos iuſtificauit: illos ⁊ magnificauit. quid em? Audit ſe vocari cū timore cōcutitur: ſentit et iuſtificari: cū amore ꝑfundit̃: ⁊ de magnificatione diffidet? Initiatur: prouehitur de ſola cōſummatōe deſperabit? Nempe ſi initiū ſapientie timor dñi in quo dicta eſt eſſe noſtra vocatio/qđ niſi prouectus in ſapiētia eſt timor dñi. is dumtaxat qui interim ex fide eſt: ex q̄ et noſtra iuſtificatio fit? Quid item niſi cōſūmatio in ſapiētia eſt: ipſa quā in fine ſperamus: de diuina illa et deifica viſione glorificatio?

## Ca. xlix. De duplici abiſſo. vbi ſupra.

Sic abyſſus abyſſum inuocat i voce cataractarū tuarū: cū in terrore iudicioꝝ ſuoꝝ immēſa illa eternitas ⁊ eterna illa immēſitas: cuius ſapiētie non eſt numerus. cor hois prauū et inſcrutabile mira ſua bonitate ⁊ potētia educit in admirabile lumē ſuū. verbi gratia. Ponamus hoiem in ſeculo: ſeculi adhuc ⁊ ſue carnis amore retētū. et cū terreſtris hois imaginē portet: incubantē terrenis/nil de celeſtibꝰ cogitātem. quis hūc nō videat horrēdis circūfuſum tenebris: niſi qui in eadē vmbra ſedet. q̄ppe cui nullū adhuc ſue ſignum ſalutis illuxerit: cui necdū in aliq̄ interna teſtetur inſpiratio/an de ſe boni quippiā eterna teneat ꝑdeſtinatō? Atuero ſi ſuperna eū miſeratio dignāter qñq; reſpexerit/immiſeritq; ſpiritū cōpunctionis: quatenꝰ ingemiſcat ⁊ reſipiſcat. mutet vitam: domet carnē: amet proximū: clamet ad deū: ꝓponatq; de cetero viuere deo nō ſeculo. ex q̄ deinde ſuperni luminis gratuita viſitatione et ſubita mutatione dextere excelſi: agnoſcat ſe merito quidē iam nō ire ſed gratie filiū. quippe q̄ paternū erga ſe merito diuine bonitatis experit̃ affectū: qđ ſe vtiq; actenꝰ intantū latuerat/vt non ſolum nō neſciret vtrū nam dignꝰ amore an odio foret. Uerū etiam odiū magis ⁊ nō amorē propria conuerſatio teſtaretur. Erāt enim adhuc tenebre ſup faciem abyſſi. Nōne is tibi videtur q̄ſi de abyſſo ꝓfundiſſima ac tenebroſiſſima horrēde ignorātie in aliā quandam quoq; trahi abyſſū e regiōe amenā ⁊ lucidam claritatis eterne? Et tūc demum quaſi diuidit lucē a tenebris: cū peccator ſole illuceſcēte iuſticie abiectis operibus tenebrarū induit̃ arma lucis. et

ſs quem prior vita ac ꝓpria conſciētia tanq̃ reuera filiū gehēne deputauerat ardoribus ſempiternis: ad tantā viſitātis ſe orientis ex alto dignationē reſpirans. gloriari etiā incipit preter ſpem i ſpe glorie filiorū dei: quā iam nimirū e vicino reuelata facie/ exultās nouo in lumine ſpeculatur.

## ¶ Ca.l. De gemino argumento amoris dei erga nos. vbi ſupra.

NEmo ſe amari diffidat: q̃ iā amat. Libēter dei amor noſtrū quē preuenit ſubſequit̄. Nam quomodo redamare pigebit q̃s amauit: ⁊ necdū amātes ſe? Amauit inquā/ amauit. Habes enim dilectionis pign⁹ ſpiritū: habes ⁊ fidelem teſtē Jeſum ⁊ hunc crucifixū. O geminū ipſumq̃ firmiſſimū erga nos dei amoris argumentū. Chriſtus moritur et meretur amari. Spūs afficit et facit amare. Jlle facit cur ametur: iſte vt ametur. Jlle multā ſuā dilectionem cōmēdat in nobis: iſte ⁊ dat. Jn illo cernimus qđ amem⁹: ab iſto ſumimus vn̄ amemus. Caritatis igitur ab illo occaſio: ex iſto affectio. Quāta cōfuſio dei filium ingratis oculis cernere moriētē? Quod quidē facile cōtingit/ ſi deſit ſpiritus. Nūc autē quia caritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritū ſāctum qui datus eſt nobis: amati amamus/ amātes amplius meremur amari. Cū ergo teneam⁹ geminū noſtre ſalutis iudiciū/ geminā ſanguinis ⁊ ſpirit⁹ effuſſionē: neutra ſine altera ꝓdeſt. Nā nec ſpūs datur niſi credētibus in crucifixum: nec fides valet ſi nō operatur ex dilectione/ dilectio autē donū ſpūs eſt.

## ¶ Ca.li. De duplici conſilio bonorum ſcilꝫ ⁊ maloꝝ. Jn epiſtola ad Thomam prepoſitum de beruela

CUm mors aīe peccatū ſit; vita ei⁹ ſine dubio iuſticia eſt: qm̄ iuſtus ex fide viuit. Juſtus aūt quis eſt: niſi q̃ amanti ſe deo vicem rependit amoris? Quod nō fit niſi reuelāte ſpū per fidem homini eternū dei ꝓpoſitū: ſuꝑ ſua ſalute futura. Que ſane reuelatio non eſt aliud q̃ infuſio gratie ſpiritalis ꝑ quā dum carnis facta mortificātur: homo ad regnū preparat̄. ſimul accipiens in vno ſpū/ ⁊ vnde ſe p̄ſumat amatū/ ⁊ vn̄ redamet ne gratis amat⁹ ſit. Hoc vtiq̃ eſt illud ſacrū ſecretūq̃ conſiliū qđ a patre filius in ſpūſancto accipiēs: ſuis quos nouit per eundē ſpiritū iuſtificādo eos cōicat: ⁊ cōicando eos iuſtificat quādo id quiſq̃ accipit in ſui iuſtificatione: vt incipiat ⁊ ipſe cognoſcere ſicut et cognitus eſt/ cum videlꝫ datur et ipſi preſentire aliquid de ſua ipſius futura beatitudine: queadmodū ab eterno latuit in predeſtināte pleni⁹ appariturū in beatificāte/ de q̃ iam ꝯcepta ſumet ex parte notitia. interim quidē gloriet̄ in ſpe: nondū tn̄ in ſecuritate. Quā miſerandi qui ad tā iocundū iuſtoꝝ cōſiliū nullum adhuc tenēt ſue vocationis teſtimoniū? Sed habetis et vos o infelices amatores ſeculi male ſecuri: vr̄m ſeorſum a iuſtis cōſiliū. Squama ſquame coniūgitur: ⁊ nō eſt ſpiraculū in vobis. Habetis inquā ⁊ vos o impij communicatū adinuicē conſiliū: ſed plane aduerſum dn̄m ⁊ aduerſus chriſtū ei⁹. Etem̄ ſi dicēte ſcriptura pietas ē cult⁹ dei: ꝓfecto quiſq̃s amat plus mundū q̃ deū/ impius atq̃ idolatra eſſe conuicitur: colēs ⁊ ſeruiēs creature potiuſq̃ creatori. Habētibus aūt (vt dictū eſt) ſanctis atq̃ impijs ſuū ad ſe q̃buſq̃ conſilium: magnum proculdubio inter vtroſq̃ chaos firmatū eſt. Nā quomō iuſtus longe ſe facit a cōſilio ⁊ conſilio malignantiū. ita nec impij reſurgūt oīno in iudicio: neq̃ peccatores in conſilio iuſtorum.

## ¶ Ca.lij. De profectu ⁊ defectu. Jn epiſtola ad Garinū abbatem.

PErfectus non habet quo ꝓficiat. Et qui ꝓficit eo ipſo quo proficit perfectus nō eſſe conuicit̄. Porro vera virtus finē neſcit: tēpore nō clauditur. Nec vnq̃ iuſtus arbitrat̄ ſe ꝯprehēdiſſe: nunq̃ dicit ſatis eſt. ſꝫ ſemꝑ eſurit/ ſititq̃ iuſticiā: ita vt ſi ſemꝑ viueret/ ſemper quantū in ſe eſt iuſtior eſſe contēderet. ſemꝑ de bono in melius ꝓficere to

tis virib⁹ conaretur. Non eñ ad annũ vel ad tẽpus inſtar mercenarij: ſed ineternum diuino ſe mãcipat famulatui. Proinde iuſticia ei⁹ manet nõ aliquãto tẽpore: ſed in ſeculũ ſeculi. Sẽpiterna itaqꝫ iuſti eſuries: ſempiternã meretur refectionẽ. Et licet in breui cõſumetur pro tẽpore: iudicatur tñ expleſſe tẽpora multa pro virtutis perpetuitate Que deniqꝫ poterit temporũ breuitas bonorum ꝑiudicare deuotioni: q̃ pertinacem reproborũ maliciã excuſare nõ ſufficit. Ob hoc enim ꝓculdubio inflexibilis ⁊ obſtinate mẽtis punitur eternaliter malũ: lꝫ tẽporaliter ꝑpetratuꝫ. qꝛ q̃d breue fuit tpe: vel opere: longuꝫ eſſe cõſtat in pertinaci volũtate. ita vt ſi nunq̃ moreret̃/ nunq̃ velle peccare deſineret: immo ſemꝑ viuere vellet vt ſemper peccare poſſet. Itaqꝫ indefeſſum ꝓficiendi ſtudiũ: ⁊ iugis conat⁹ ad perfectionem ꝑfectio reputat̃. Qꝛ ſi ſtudere perfectioni eſſe ꝑfectũ eſt: ꝑfecto nolle proficere/ deficere eſt. Nõ eſt ſtare oĩno neqꝫ in incerto hui⁹ mortalis vite q̃cq̃ in eodẽ ſtatu ꝑmanet. aut aſcẽdas neceſſe eſt: aut deſcẽdas. ſi attentas ſtare ruas neceſſe eſt. Minime ꝓ certo eſt bonus qui melior eſſe nõ vult: ⁊ vbi icipis nolle fieri melior/ ibi etiã deſinis eẽ bonus. Hinc plane colligit̃: quia nolle ꝓficere nõ niſi deficere eſt. Uidit ſcalam Iacob ⁊ in ſcala angelos/ vbi null⁹ reſidens nullus ſubſiſtens apparuit: ſed vel aſcendere vel deſcẽdere videbantur vniuerſi. quaten⁹ palã daretur itelligi inter ꝑfectũ ⁊ defectũ in hoc ſtatu mortalis vite nihil mediũ inueniri: ſed quõ ipſum corpus noſtrũ ꝯtinue aut creſcere cõſtat: aut decreſcere. ſic neceſſe ſit ⁊ ſpiritũ: aut proficere/ aut deficere.

## Ca. liij. De duplici conſideratione ſui. In ſermone de dedicatione qui incipit Etiam hodie.

NOnnunq̃ de aĩa mea cogitãs videor mihi in ea fateor velut duo quedam cõtraria iuenire: ſi ipſam ꝑut in ſe eſt/ et ex ſe iuxta rei veritatẽ intueor. nihil de ea verius ſentire poſſum/ q̃ ad nihiluꝫ eſſe redactam. Quid modo neceſſe eſt ſingulas eius miſerias numerare: q̃ ſit onerata peccatis. offuſa tenebris. irretita illecebris. ꝓruriens cõcupiſcẽtijs. obnoxia paſſionibus. impleta illuſionib⁹. prona ſemꝑ in malũ. in viciuꝫ omne ꝓcliuis. poſtremo toti⁹ confuſionis ⁊ ignominie plena. Facile eſt cuiqꝫ noſtrũ ſi ſua pleni⁹ vniuerſa et ſine diſſimulatione veſtiget ⁊ iudicet ſine acceptione ꝑſone atteſtari per om̃ia apoſtolice veritati ⁊ libere proclamare Qui ſe putat aliquid eſſe cum nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. Quid eſt hõ qꝛ magnificas eum: ait fidelis ⁊ deuota confeſſio. aut quid apponis erga euꝫ cor tuum. Quid. Sine dubio vanitati ſimilis factus eſt homo: ad nihilũ redactus eſt homo/ nihil eſt homo. Quomodo tñ penitus nihil eſt queꝫ magnificat deus. Quomõ nihil: erga quẽ appoſitum eſt cor diuinũ. Reſpiremus fratres etſi nihil ſumus in cordib⁹ noſtris: forte i corde dei poteſt aliq̃d latere de nobis. O pater miſerum. O miſeroꝝ pater. Quid apponis erga eũ cor tuũ. Scio ſcio vbi theſaurus tuus: ibi eſt et cor tuũ. Quõ ergo nihil ſumus: ſi theſaurus tuus ſumus. Oẽs gẽtes quaſi nõ ſint ſic ſũt coram te: ⁊ tanq̃ nihilũ ⁊ inane reputate ſunt. Sic quidem ante te: ſed nõ ſic intra te. ſic in iudicio veritatis tue: ſed nõ ſic in affectu pietatis tue. Nimirũ vocas ea q̃ non ſũt/ tanq̃ ea que ſunt. Et nõ ſunt ergo/ qꝛ q̃ nõ ſunt vocas: ⁊ ſunt quia vocas. Licet eñ nõ ſint quantum ad ſe: apud te tñ ſunt. vtiqꝫ iuxta apoſtolum/ nõ ex operib⁹: ſꝫ ex vocãte. Sic nimirũ ſic cõſolaris in pietate tua quẽ in veritate tua humiliaſti vt magnifice dilatetur in tuis q̃ merito anguſtiatur in viſceribus ſuis. Quid eſt inq̃t homo quia magnificas eũ. Magn⁹ itaqꝫ/ ſed in illo ſiquidẽ magnificat⁹ ab illo. Aut quomodo nõ magnus apud illũ cui tã magna eſt cura de eo. Propterea ſane geminã illã conſiderationẽ: alterã q̃dẽ iudicij ⁊ veritatis: alterã vero nõ incongrue vocari credimus fidei et pietatis.

Nec mirabere ī humanis qualitatibꝰ
tam diſſimilia reperiri ſi ſolerť aduer=
tas: quāta ⁊ in ipſa eius ſubſtātia con=
uenisse videtur diuerſitas naturarum.
Quid eñ vita ſublimius: quid vero hu
milius limo terre. Quā profecto tā di=
ſcoherētiū in hoīe coherētiā rerū ipſos
quoqȝ ſapiētes ſeculi huiꝰ arbitror nō
latuiſſe/ cū hominem diffiniret animal
rationale mortale. Mirabilis ſiquidē
copula rationis ⁊ mortis. Mira ſocie=
tas diſcretionis ⁊ corruptionis. Sic ni
mirum ſic in cordibꝰ/ ſic in affectōibus
ſic in ſtudijs hoim nō minor forte ⁊ am
plior ꝯtrarietas inueniť: vt ſi totā pra=
uitatem ſeorſum intuearis/ ac rurſum
quicq̄d boni videtur ineſſe conſideres:
ſingillatim plenū cenſeas eſſe miracu=
lo: q̄ tā aduerſa conueniant. Jam ſi in
vtraqȝ cōſideratiōe diligēter inſpexeri
mus nos q̄d ſumus/ imo ī vna q̄ȝ nihili
in altera q̄ȝ magnificati. q̄ppe ꝓ quibꝰ
etiam ſolicitudinē gerat tāta maieſtas
et cor ſuū apponat erga nos: puto tem
perata videtur gloriatio noſtra: ſed for
te aucta eſt. ſolidata tñ: vt nō in nobis
ſed in dño gloriemur.

## Ca. liiij. De duplici pudore In libro de laude noue militie. ca. xij.

EST pudor adducēs peccatū: ⁊ eſt
pudor adducēs gloriā. Bonꝰ pu=
dor quo peccaſſe aut certe peccare cō=
funderis. Et lȝ omis humanꝰ arbiter
forte abſit/ diuinū tñ q̄ȝ humanū tanto
verecūdius reuereris aſpectū: quāto
verius deū q̄ȝ hoiem cogitas puriorē.
Tantoqȝ eū grauius offendi a peccāte
quāto conſtat longius ab illo eſſe oīe
peccatū. huiuſcemodi ꝓculdubio pu=
dor fugat peccatum opprobrij: parat
gloriam/ dū aut peccatū omino nō ad
mittit: aut certe admiſſū et penitendo
punit: ⁊ confitēdo expellit. Si tñ etiam
gloria noſtra hec eſt: teſtimoniū cōſciē
tie noſtre. Quod ſi quiſpiā confiteri cō=
funditur/ id quoqȝ vnde cōpūgitur: ta=
lis pudor peccatū adducit: ⁊ gloriā de
conſciētia perdit qñ malū q̄ꝺ ex ꝓfun=
do cordis compūctio conať expellere:
pudor ineptus obſtruſo labiorū hoſtio
nō permittit exire. In quibuſdā dictis
O verecundia expers rationis inimica
ſalutis: totius ignara honoris ⁊ hone=
ſtatis. Ita ne verecūdū eſt homini vici
a deo: et probro ducitur humiliari ſub
potenti manu altiſſimi. Summū victo
rie genus diuine cedere maieſtati ⁊ au
ctoritati matris eccleſie non reluctari:
ſummus honor ⁊ gloria. O peruerſitas
Non pudet inq̄nari: ⁊ ablui pudet. Eſt
pudor iuxta ſapientē adducēs gloriā:
ſi videlȝ peccare pudeat ſi non pudeat
vel peccaſſe. Et illa vel ſera gloria non
carebit: reducente nimirū pudore quā
culpa fugauerat.

## Ca. lv. De lege et grā. Super cantica. ſermone. xxx.

NOn ſicut gratia ita ⁊ lex. Quā diſ=
ſimili vultu ad omnē cōſcientiā
ſe offerunt ſuauitas huius ⁊ auſteritas
illius. Quis ſane ex equo reſpiciat cō=
demnantē et conſolantē: repoſcentē et
ignoſcentē. plectentē ⁊ amplectentē. nō
pari ꝑfecto amplexabiť voto vmbra et
lux: ira ⁊ pax. iudiciū ⁊ miſericordia. fi=
gura ⁊ veritas. virga ⁊ hereditas: frenū
et oſculū. Graues deniqȝ moyſi manꝰ
teſtibus Aaron et hur. Graue legis iu=
gum teſtibus ipſis apoſtolis: q̄ꝺ ⁊ ſibi
et fratribꝰ importabile clamitāt. Gra=
ue iugum ⁊ vile premiū: naȝ terra eſt in
promiſſione. Uerū tu mater eccleſia ꝓ=
miſſionem habēs vite q̄ nunc eſt ⁊ futu
re: facile in duplici gratia obtines ab
vniuerſis te recipi. et propter iugū ſua
ue: et ꝓpter regnū ſublime pulſa de ci=
uitate/ ab vniuerſitate exciperis dum
prouocat ſic q̄ꝺ promittis: vt q̄ꝺ impo
nis non terreat.

## Ca. lvj. De duplici genere preceptorū. In quibuſdā ſententijs

DUplex in lege veteri preceptorū
genus inuenio. Sūt eñ moralia
quedam: vt eſt. Non concupiſces. non
adulteraberis. honora patrē ⁊ matrē. ⁊
his ſimilia. Sunt etiā figuratiua ⁊ vm
bratilia quedā: vt eſt taurorū immola
tio/ ⁊ ſāguis hircorū. Uerū tñ carnalis

Ille populus nec illa implere poterat: nec in his obtinere ſalutē. Que em̄ conſequētia rationis/ vt homie peccante aries imolaretur? Nouerat dn̄s iudeorum corda carnalia: vn̄ ⁊ carnalia eis tradidit ſacramēta que nō poſſent iux̄ conſcientiā perfectū facere ſeruientē in iuſticijs carnis. Uenit ꝑinde plen⁹ gr̄a et veritate chriſt⁹ dn̄s noſter: vt ex hoc iam moralia quidē impleātur ꝑ gratiā Que vero vmbratilia ⁊ miſtica fuerant reuelata veritate. deinceps nō ad litteram obſeruētur: ſed ſcðm ſpiritū ſpūaliter itelligātur. ꝓpterea iam nō aries vel taurus homie peccāte mactat̄: ſed viua corporis hoſtia: rōnabile et acceptabile ſacrificium in ieiunijs ⁊ laboribus veniā pariter merētur et gratiam.

¶ Ca. lvij. De duplici ira dei
Super cātica. ſermone. xlij.

SI zelus dn̄i te deſeruit ⁊ amor: nec eris amore dignus q̄ indign⁹ caſtigatione cēſeris. Tūc enim magis iraſcitur deus: cum nō iraſcitur. Miſereamur impio inquit ⁊ nō diſcet facere iuſticiam. Miam hāc ego nolo. Sup omnem iram miſeratio iſta: ſepiēs iuſticie michi vias. Uolo mihi iraſcaris pater miſericordiarū: ſʒ illa ira qua corrigis deuium/ nō qua extrudis devia. Illud tua nobis benigna animaduerſio parit: hoc formidoloſa nutrit diſſimulatio. Nō cum ego neſcio: ſed cū ſentio te iratum/ tūc maxime confido ꝓpicium. Etenim cuʒ iratus fueris miſericordie recordaberis.

¶ Ca. lviij. De duob⁹ diebus
In ſermone de vigilia natalis dn̄i. qui incipit hodie ſcietis.

SEcundū eſtimationē meā duo ſūt dies. Primus q̄ a primi hominis lapſu labitur vſqʒ ad finē mundi. Dies cui ſācti ſepius malediχiſſe noſcūtur. ab illa em̄ lucidiſſima die i qua cōdit⁹ fuerat Adā deiectus eſt: ⁊ in has reruʒ contruſus anguſtias/ diē tenebrarū incurrit: pene a lumine veritatis extinct⁹ In hac die naſcimur vniuerſi/ ſi tamen dies debet et nō potius nox nominari: niſi ꝙ lumen rationis quaſi quandam ſcintillā nobis inſuperabilis illa mia reliquit. In quibuſdaʒ dictis. ꝓpterea huic diei malediχere ſācti/ breuē optātes ⁊ cito verti in tenebras eo ꝙ ſit contradictionis ⁊ contētionis dies. dū non ceſſet in ea caro cōcupiſcere aduerſus ſpiritum: legiqʒ mētis mēbrorū contraria lex rebellione infatigabili cōtradicat. Extūc deinceps q̄s eſt homo q̄ viuet ⁊ nō videbit mortē? dicat pro ira q̄s ego nō minus ꝓ miſericordia dictum putem ne electos ſuos ꝓpter quos oīa fiunt/ diu fatiget moleſta cōtradictio qua captiui ducūtur ⁊ ipſi in lege pctī que eſt in mēbris ipſorū: horrēt nimirū egerrimeqʒ ferūt turpē captiuitatē ⁊ triſtem contētionē. In ſermone de vigilia domini. vbi ſupra. Secunda vero dies erit in ſplēdoribus ſāctoꝝ in ꝑpetuas eternitates/ cū inclaruerit illud ſereniſſimum mane cui eſt mia repromiſſa: et abſorpta erit nox i victoria cū dimotis vmbris ac tenebris ſplēdor vere lucis ſurſum et deorſum interius ⁊ exteri⁹ cūcta pariter occupabit.

¶ Ca. lix. Q̄ ob duplicē cauſam nobis deus miniſtrat temporalia.
Super pſal. Qui habitat. ſermone. v.

TEmporalia nobis pat̄ noſter celeſtis benigniſſima pietate miſtrat ob duplicem ſcilʒ cauſam: ne vel oīno crederemus infenſum ſi iſta fruſtra negaret ⁊ ſic deſperaremus/ vel illorū nimia ſolicitudo ſpūalis exercitij fieret detrimentū. Sine his enim neqʒ viuere neqʒ deo ſeruire eſt. Ceterū quāto ſtrictius/ tanto melius. Oīno militib⁹ ſuis chriſtus ad inferiora tuenda. i. carnem magnam vt ita dixerim ſterilitatē atqʒ penuriam reruʒ temporaliū donat: nec vult eos illarū multitudine ꝑgrauari. In ſuperioribus vero ampliorē latitudinem ⁊ abundantiā gratie ſpiritalis.

¶ Ca. lx. De proſperitate et aduerſitate. In ramis palmaꝝ. ſer. iij.

UT tēperantie eſt preconia populi et ſeculi huius ꝓſpera declinare: ſic interdum iuſticia eſt certa quidem

diſpenſatiõe admittere ea. Perſecutio quoqȝ ⁊ tēporalis oīs aduerſitas ꝓ loco ⁊ tempore prudēter aliquādo fugiēda erit: cum autē neceſſe fuerit viriliter tolerāda. Et ī his quidē duob⁹ proſperitatem et aduerſitatē loquor/ humana omnis vita verſatur. Ubi ſupra. ſer. ij. Iſtis enim mixtū eſt pñs ſeculū non ſecularibus tantū: ſed etiam ſpūalibus viris. Nam ⁊ ſecularibus aliqñ q̄ placent/ qñqȝ que diſplicēt videm⁹ accidere: et ipſis nihilomin⁹ ſpiritualib⁹ non ſemper triſtia: nō ſemꝑ leta ſuccedunt: ſed veſpere et mane dies vn⁹. Uerū hec interim dū pñs ſeculū manet vel mag( manat ⁊ fluit. Ceterū poſt hoc ſeculuȝ duo futura ſecula ſunt valde diuiſa ⁊ diuerſa: ita vt in altero nō ſit niſi fletus ⁊ ſtridor dentiū: in altero ſolū gratiaruȝ actio ⁊ vox laudis. Interim ſicut amatores mūdi multa patiuntur aduerſa: ita nec ipſis ſeruis dei oīa in hoc mundo optata ſuccedūt. In die ergo malorum memores ſint bonoꝝ: ne puſillanimes fiant ⁊ impatientes. In die quoqȝ bonorum nō immeōres ſint malorum: ne extollātur ⁊ dicāt in abundātia ſua nō mouebimur ineternū. Sicut eni ſeculariū rerū proſperitas occidit ſtultū ſecularem: ſic poteſt ⁊ abundātia ſpūalis ꝓſperitatis occidere indoctū ſpūalem/ atqȝ ideo nō ſpiritualē: ſpiritualis quippe dijudicat omia. Licet eñ multos frangat aduerſitas: tñ multos plures extollit ꝓſperitas. Deniqȝ qr vtrobiqȝ periculū eſt: orat ſapiens et dicit. Diuitias ⁊ paupertates ne dederis mihi ne forte aut diuitie extollerēt in ſuperbiam/ aut paupertas deijceret in impatientiam. In ſecūdo libro de cōſideratione. Quārarus ſemꝑ extitit q̄ nō vel modice in ꝓſperitate animū relaxarit a ſui cuſtodia et diſciplina: qñ hec non fuit incautis ad diſciplinam / ꝙ ignis ad ceram/ ꝙ ſolis radius ad niuem vel glaciē? Sapiēs dauid: ſapientior Salomon erat: ſed blandientibus nimis proſperis ⁊ ſecūdis rebus: alter ex parte/ alter ex toto deſipuit. Magnus qui incidens in aduerſa nō excidit vel par a ſapientia: nec minor cui pñs ꝓſperitas ſi arriſit nō irriſit. quanqȝ facilius inueneris qui ſapiētiam retinuerūt cōtraria ſibi fortuna: q̄ȝ qui propicia nō perdiderunt. Preferēdus etiā ille ⁊ magnus eſt cui inter ꝓſpera ſaltē riſus indecentior: aut ſermo inſolētior/ aut immoderatior cura veſtis vel corporis nō irrepſit.

## ¶ Ca. lxi. De gemina vnitate bonoꝝ. De aſſūptione btē marie. ſer. v.

Unitas bonorū gemia eſt. Alia eſt enim que iuſtificat: alia q̄ glorificat. Illa meritū: iſta p̄miū eſt. Unitas que iuſtificat/ nūc potiſſimum neceſſaria eſt. Ipſa eſt enim decus ſuauitatis: quam dulcedine ſacra inſonat pſalmiſta. Ecce q̄ȝ bonum et q̄ȝ iocundum: habitare fratres in vnum. Ipſa eſt vnitas quā ſumma diligētia obſeruandā tradidit apoſtolus dicēs. Soliciti ſeruate vnitatē ſpūs ī vinculo pacis. Seruatur autē hoc vnitatis bonū duobus modis ab his qui curā gerūt ſeruādi. Debet quiſqȝ pfectus vnitatē habere ad ſeipſum: debet ⁊ ad proximū. Ad ſeipſum ꝑ integritatē: ad ꝓximū per conformitatem. Omis quippe creatura ⁊ maxime rationalis debet ſuū pricipiū imitari. Cū igitur deus noſter ſit vn⁹ et idem atqȝ in ſeipſo pfectus nec vllo indigens: ineſt ei tñ benignitas erga nos et amor ex beniuolētia in nos veniens. Debemus ⁊ nos quiſqȝ ſibi vnus eſſe ꝑ integritatē virtutis: ⁊ vnū cum ꝓximis per vinculum dilectionis. Sed hāc vnitatem quā quēqȝ ſibijpſi dixim⁹ debere habere: tria ſunt q̄ impedire ſolēt. Nimietas/ puſillanimitas/ leuitas. Et nimij quidem ſunt q̄ putāt ſe poſſe q̄ non poſſunt: et que nō acceperūt preſumūt Puſillanimes cōtrarij ſūt nimijs. Leues et incōſtātes ſūt qui circūferunt oī vento doctrine quib⁹ quod añ placuit nunc diſplicet. ⁊ quod nunc eligūt: poſt paululuȝ reprobāt. Sed quid prodeſt hec vicia enumeraſſe: niſi etiam doceamus quib⁹ remedijs ea poſſit in ſeipſo quiſqȝ curare? Igitur cōtra nimietatē

opponenda eſt conſideratio ꝓprie fragilitatis. Ipſa eſt em̄ que odioſam preſumptionē potiſſimū deijcit. Cōtra puſillanimitatem habēda eſt diuine poteſtatis fiducia: vt qd tuis viribus te nō poſſe putas: ex illius adiutorio poſſis. Contra leuitatē adhibēda eſt cōſultatio ſeniozis: ne ſcilꝫ doctrinis varijs et peregrinis abducaris. Unitas etiā illa quā habet quiſqꝫ ad ꝓximū: duobus modis habetur. dū ⁊ nos per dilectionem tēdimus in alterū / ⁊ alteri⁹ quoqꝫ viciſſim in nobis recipim⁹ affectuꝫ. Et hoc etiam duob⁹ modis impedit: obſtinatione ⁊ ſuſpitione. Obſtinatio nō permittit nos ad alterius coꝛ ingredi: nec ſuſpitio patit credere nos ab alijſ amari. Ita fit vt duꝫ nec nos aliū obſtinati diligimus: nec ab alijs diligi nos ſuſpitioſi putam⁹. et ſic vnitas q̄ cum proximis habēda eſt impediatur: verū huic duplici moꝛbo / duplex caritas medet. Illa ſcilꝫ que nō ſua querit / ⁊ iterū illa que om̄ia credit. Habeat obſtinat⁹ caritatē: nō querentē que ſua ſūt / ⁊ alios diligat. Habeat ſuſpicioſus caritateꝫ: omnia credentē / ⁊ ab alijs ſe diligi ſine dubio credat.

## Ca. lxij. De duplici generatione. In ſermone de diligēdo deo.

Quandiu ſtare pn̄s cernitur ſeculum in quo generatio aduenit: ⁊ generatio preterit / nō deerit electis cōſolatio de memoꝛia dei: quibus nōdū de preſentia plena refectio indulgetur. Juſtum q̄ppe eſt vt quos p̄ſentia nō delectāt: preſto eis ſit memoꝛia futuroꝝ. et qui de rerū fluentiū qualibet affluētia deſpiciūt cōſolari: recoꝛdatio illos delectet eternitatis. Et hec eſt gn̄atio querentiū dn̄m: querētium nō que ſua ſunt: ſed faciem dei Jacob. Dei ergo q̄rentibus ⁊ ſuſpirātibus preſentiā p̄ſto interim ⁊ dulcis memoꝛia eſt: nō tamē qua ſatientur / ſed qua magis eſuriant vnde ſatiētur. Ue tibi generatio praua atqꝫ peruerſa. Ue tibi popule ſtulte ⁊ inſipiens qui ⁊ memoꝛia faſtidis: ⁊ p̄ſentiam expaueſcis. Merito quideꝫ. Nec enim modo liberari vis de laqueo venantium. Siquidē qui diuites volunt fieri in hoc ſeculo incidūt in laqueum diaboli: nec tūc a verbo aſpero liberari poteris. O verbū aſperū. O ſermo durus. Ite maledicti in ignē. Atuero gn̄atio rectoꝝ benedicet: qui vtiqꝫ cū apoſtolo ſiue abſentes ſiue preſētes cōtendunt placere deo. Tūc illa gn̄atio que non direxit coꝛ ſuū et nō eſt creditus cū deo ſpūs eius. ſed magis ſperās in incerto diuitiarū: ſero quidē experietur / q̄ꝫ in illius cōparatione doloꝛis iugum chriſti ſuaue ⁊ onus leue fuerit. cui tan q̄ꝫ graui ⁊ aſpero: duram ceruicem ſuperbe ſubduxit. Non poteſtis o miſeri ſeruire mām̄one: ſimul poſt aurū abire et ꝓbare q̄ꝫ ſuauis eſt dn̄s. Proinde quē ſuauem in memoꝛia nō ſentitis: aſperꝫ proculdubio in pn̄tia ſentietis. Ceterū fidelis aīa et ſuſpirat p̄ſentiā inhiāter: et in memoꝛia requieſcit ſuauiter.

## Ca. lxiij. De fide et ſpecie. Super cātica. ſermone. xxxi.

Uiuimus in vmbꝛa chriſti q̄ per fidem ambulamus et carne ipſius paſcimur vt viuamus. Caro em̄ chriſti vere eſt cibus: at illud ſane donec viuimus inter gētes. Nā inter angelos aliter / qn̄ iam indifferēte om̄ino felicitate cum ipſis videbim⁹ eū ſicuti eſt. hoc eſt in foꝛma dei: ⁊ nō in vmbꝛa. Quomodo enim nō eſt diſtinctio eius qui p fidem ambulat: et illius q̄ per ſpeciē: Ergo iuſtus ex fide viuit: beatus exultat in ſpecie. Et ideo ſāctus homo interim viuit in vmbꝛa chriſti: ſanct⁹ angelus in ſplēdoꝛe vultus gloꝛie gloꝛiatur. Et bona fidei vmbꝛa q̄ lucē temperat oculo caligāti: et oculū preparat luci. Quicq̄d ſane eſt illd qd videt āgelus: hoc michi fidei vmbꝛa ſeruat fideli ſinu repoſitū / in tempoꝛe reuelādum. An nō expedit tenere vel inuolutū qd nudū nō capis? Super cātica. ſer. xlviij. Umbꝛa chriſti caro eius. Umbꝛa ei⁹ fides. Quomodo mihi non vmbꝛat caro: qui in miſterio māduco eam: In vmbꝛa ſum⁹ quādiu per fidē ambulamus: ⁊ nō per ſpeciem

et ideo iuſtus i vmbra qui ex fide viuit At qui viuit ex intellectu beatus eſt: qꝛ non in vmbra ſed in lumie. Prius eſt venire ad vmbrã: ⁊ ita ad id cuius vmbra eſt pertrãſire. Uide ergo vt viuas in vmbra eius: vt qñqꝫ regnes in lumine eiꝰ. Nec eñ tantum habet vmbrã: habet ⁊ lucem. Ipſe per carnẽ vmbra eſt fidei: ipſe eſt intelligẽtie lumẽ per ſpiritum: ⁊ caro eñ eſt ⁊ ſpũs. Caro i carne manẽtibus: ſpũs in futuro. Nos vero interiꝫ chriſti carne paſcamur: miſteria veneremur: exempla ſectemur/ fidẽ ſeruemꝰ et viuimus ꝑfecto in vmbra

## ¶ Ca.lxiiij. De duobus que in intẽtione neceſſaria ſũt. In quibuſdam dictis

Pura erit intẽtio ſi in omni actiõe noſtra/ aut honorẽ dei/ aut edificationem ꝓximi/ aut bonã conſciẽtiam queramus. Duo quidem in intẽtione neceſſaria requirũtur. Res ⁊ cauſa. id ẽ quid intẽdas: ⁊ ꝓpter quid. Ex his ſane duobus/ aie vel decus vel deformitas iudicatur. verbi cauſa. Si intẽdat quis animũ inquirẽde veritati atqꝫ id ſolo veritatis amore: nõne is tibi videt̃ ut rem ⁊ cauſã habere honeſtam? Quid ſi minime quidẽ veritatis deſiderio: ſꝫ aut inanis glorie/ aut alterius q̃liſcũq cõmodi tẽporalis obtẽtu in veritatẽ intẽderit? Iam etſi vnã partẽ bipartite intentionis videat̃ habere formoſã: nõ tamẽ vt arbitror dubitabis iudicare vl̃ ex parte deformẽ: cuius alterã partem cauſe turpitudo fedauerit. Si autem vides hoiem nullis honeſtis ſtudijs intẽdentem: ſed carnis irretitũ illecebris. ventri ⁊ luxurie deditũ. quid iſtũ: nõne ex vtraqꝫ parte fediſſimũ iudicabis/ in cuius vtiqꝫ intẽtiõe ⁊ res ⁊ cauſa reproba inuenitur? Ergo intẽdere nõ in deũ: ſed in ſeculũ/ ſecularis aie eſt: nec vllã prorſus partẽ ſpecioſã habẽtis. Intendere aũt quaſi in deũ ſed nõ ꝓpter deũ: ypocrite plane aie eſt. cuiꝰ etſi vna ps decora videtur ꝙ ad deũ qualicũqꝫ intentione reſpiciat: ipſa tñ ſimulatio oẽ in ea decorum exterminat/ ⁊ magis per totum ingerit feditatẽ. Si autẽ vel ſolum vel maxime ob vite pñtis neceſſaria: ad deũ cõuerterit intẽtionẽ: nõ quidem fede ypocriſis putridã puſillanimitatis tñ vicio dicimus ſub obſcurã et minus acceptam. Porro intẽdere in aliud ꝙ̃ in deũ: tñ propter deũ nõ ociũ Marie: ſed Marthe negociũ eſt. Abſit autem vt q̃ huiuſmodi eſt/ quicꝙ̃ illaꝫ dixerim habere deforme. nec tñ ad ꝑfectum affirmauerim perueniſſe decoris quippe que adhuc ſolicita eſt ⁊ turbat̃ erga plurima: et nõ põt terrenoꝝ actuũ vel tenui puluere nõ reſpergi. Ergo ſolum deum inquirere ꝓpter ipſum ſolũ hoc plane eſt vtraqꝫ bipartite intẽtiõis partem habere pulcerrimã atqꝫ id proprium ac ſpeciale ſponſe chriſti

## ¶ Ca.lxv. De gratia et libero arbitrio. In lib. de grã ⁊ libero arbitrio

Liberum arbitriũ ſaluatur. Tolle liberum arbitriũ: non erit qui ſaluetur. Tolle gratiam: nõ erit vnde ſaluetur. Opus hoc ſine duobꝰ fieri nõ poteſt: vno a quo fit: altero cui vel in quo fit. Deus auctor ſalutis eſt. Liberũ arbitrium tm̃ capax eſt. Nec dare illam niſi deus: nec capere valet niſi liberum arbitrium. Quod ergo a ſolo deo ⁊ ſoli datur libero arbitrio/ tã abſqꝫ conſenſu eſſe non põt accipiẽtis: ꝙ̃ abſqꝫ gratia dantis. Et ita gratie operãti ſalutem cooperari dicitur liberũ arbitriũ dum conſentit: hoc eſt dũ ſaluatur. Cõſentire enim ſaluari eſt. Proinde pecoris ſpiritus ſalutem huiuſcemodi minime capit ꝙ illi volũtarius ꝯſenſus deſit quo ſaluãti videlꝫ deo placide obtẽperet: ſiue iubenti acquieſcẽdo/ ſiue pollicenti credẽdo/ ſiue reddẽti gratias agendo.

## ¶ Ca.lxvj. De voluntario cõſenſu ⁊ naturali appetitu. vbi ſupra.

Aliud eſt volũtariꝰ cõſenſus: aliud naturalis appetitꝰ. Poſterior q̇ppe nobis cõmunis eſt cũ irrationabilibus: nec valet cõſentire ſpiritui carnis irretitus illecebris. Hũc communẽ habentes cũ beſtijs: cõſenſus volũtarius nos diſcernit. Eſt enim habitus animi

liber ſui:ſiquidem nō cogitur nec extor quetur. Eſt quippe volūtatis nō neceſſitatis:nec negat ſe/nec pbet ſe cuiq̄: niſi ex volūtate. Alioquin ſi cōpelli valet inuitus violētus eſt:nō volūtarius. Ubi autem volūtas nō eſt:nec cōſenſus Non enī eſt cōſenſus niſi volūtari⁹: vbi ergo cōſenſus:ibi volūtas. porro vbi voluntas:ibi libertas. Et hoc eſt qđ dici puto liberum arbitrium.

## Ca. lxvij. Quid habeamus ex gratia: q̄d ex libero arbitrio. Ibidē.

Velle ieſt nobis ex libero arbitrio: nō etiā poſſe quod volumus. Nō dico velle bonū aut velle malū:ſꝫ velle tantum. Velle etenī bonū: pfectus eſt. velle malū: defect⁹. Velle vero ſimpliciter ipm eſt quod vel pficit vel deficit Porro ipm vt eſſet: creans gratia fecit. vt pficiat: ſaluās gratia fecit. vt deficiat: ipm ſe deiecit. Itaq̄ liberū arbitriū nos facit volētes: gratia beniuolos. Ex ipſo eſt nobis velle: ⁊ ex ipa bonū velle Queadmodū nāq̄ aliud eſt timere ſimpliciter. aliud timere deū: ⁊ aliud amare: aliud amare deū. Timere quippe ⁊ amare ſimpliciter quidē prolata: affectiones cū additamēto aūt virtutes ſignificāt. Ita quoq̄ aliud eſt velle: aliđ velle bonū. Simplices nāq̄ affectōnes inſūt naturaliter nobis tanq̄ ex nobis additamēta ex gratia. Nec aliud pfecto eſt/niſi quod gratia ordinat quas donauit creatio: vt nl aliud ſint virtutes niſi ordinate affectiōes. A deo igit velle quomodo ⁊ timere/ quomodo et amare accepim⁹ in cōditiōe nature: vt eſſemus aliqua creatura. Velle autem bonum: quō et timere deū/quō et amare deum accipimus in viſitatione gr̄e: vt ſimus dei creatura.

## Ca. lxviij. De preſētia nr̄a cum deo ⁊ peregrinatiōe noſtra ab ipō In li. de pcepto ⁊ diſpenſatione

Inquantū cognoſcimus tanq̄ preſentia cōtemplātes:iam cū dn̄o ſumus. Inquantū adhuc tanq̄ de futuris pphetam⁹ credētes que nō intelligimus: ſperātes que nō videmus: a domino peregrinamur ⁊ in corpe. Uel alit habemus et vnde corpori/et vnde dn̄o inhereamus: illud viuificādo ⁊ ſenſificando. illū credēdo ⁊ diligēdo. neq̄ enī preſentior ſpūs noſter ē vbi aiat: q̄ vbi amat. niſi forte magis eſſe putet vbi inuitus ⁊ ex neceſſitate tenetur: q̄ q̄ ſponte ⁊ alacri fertur volūtate. Denīq̄ vbi eſt theſaur⁹ tuus: ibi eſt et cor tuū. Itē ſi deum amās: aīa ex ipſo viuit. vti corpus ex ipa: quo pacto q̄ſo pſentior eſſe contēditur: vbi dat q̄ vnde accipit vitam. Fons ſiquidē vite caritas eſt: nec viuere aiam dixerim/ q̄ ex illo nō hauſerit. Haurire porro quō poteſt: niſi fuerit pſens illi fonti qui caritas eſt: q̄ de⁹ eſt. Pn̄s igitur deo eſt q̄ deū amat: inquantum amat. in quo enī min⁹ amat: abſens pfecto eſt. In eo aūt min⁹ deū amare cōuincit: q carnis adhuc neceſſitatibus occupat. Illa vero circa corpus occupatio: q̄d eſt niſi a deo quedā abſentatio. Et abſentatio q̄d: niſi peregrinatio. Et pegrinamur ergo a dn̄o: et in corpore pegrinamur. cuius noſtra nimirum ⁊ intētio ƥpedit: erūnis ⁊ curis caritas fatigatur.

## Ca. lxix. De virtute et ſapientia. Sup cātica. ſermone. lxxxv.

Bonum dei eſt virtus deputādā in datis optimis. Cognata virt⁹ ſapientie eſt. Unū tn̄ in aia effectū nō habent: ſed ad illius varias ⁊ diuerſas neceſſitates: veluti diuerſa ſeſe participāda accōmodāt. Iuxta quā rationē aliud eſt aio virtute agi/ ⁊ aliud ſapientia regi: aliud dn̄ari in virtute: aliud in ſuauitate deliciari. Uigor nāq̄ virtutē: ſapientiam placiditas animi: cū ſpirituali quadā ſuauitate demōſtrat. Igit ſtare: reſiſtere/vim vi repellere. q̄ vtiq̄ in partib⁹ virtutis deputātur. honor quidem: ſed labor eſt. Nō eſt enī idipm honorem laborioſe defendere: ⁊ q̄ete poſſidere. Nō eſt idem virtute agi et virtute frui. Quicq̄d virtus elaborat ſapientia fruitur: ⁊ quicq̄d ſapiētia ordinat: deliberat: moderatur: virtus exequit. Sapientiā ſcribe in ocio: ait ſapiēs. Ergo

ſapientie ocia negocia ſunt: ⁊ quo ocio ſioꝛ ſapientia/eo exercitatioꝛ in genere ſuo. E regione virtus exercitata clarioꝛ eſt:eoq; ꝓbatioꝛ/quo officioſioꝛ. Et ſiquis ſapientiã virtutis amoꝛẽ definierit:non mihi a vero deuiare videt. Ubi autem amoꝛ eſt/laboꝛ nõ eſt:ſed ſapoꝛ. Et forte ſapiẽtia a ſapoꝛe denominat. Nec dixerim repꝛhendẽdũ ſiqs ſapiẽtiã ſapoꝛẽ boni diffiniat. Huc ſapoꝛẽ ꝑdidimus ab ipo pene exoꝛtu generis nri. Ex quo coꝛdis noſtri palatũ ſenſu carnis ꝓualẽte ſuxit virus ſerpẽtis antiq; cepit aie deſipere bonũ ac ſapoꝛ noxi⁹ ſubintrare. Inſipiẽtia mulieris ſapoꝛẽ boni excluſit:q; ſerpẽtis malicia mulieris inſipiẽtiã circũuenit. Sed nũc aſſidue ſapiẽtia vincit maliciã in mẽtibus ad q̃s intrauerit: ſapoꝛẽ mali quẽ illa inuexit ſapoꝛe exterminãs melioꝛi. Intrans ſapiẽtia dum ſenſũ carnis infatuat:purificat intellectũ:coꝛdis palatum ſanat et reparat. Sano palato iã ſapit bonũ:ſapit ipa ſapiẽtia q̃ in bõis nullũ melius. Quãmulta fiũt bona: et nõ ſapiũt faciẽtibus. ſiquidẽ nõ ſapoꝛe boni ad illa:ſ; aut rõne aut q̃cũq; occaſione ſeu neceſſitate ipellũtur. Et econtrario multis q̃ faciũt nõ ſapiũt mala: ſed ad hoc inducũtur aut metu aut cupiditate rei cuiuſpiã potius q̃ ſapoꝛe mali. Qui aũt tranſierũt in affectũ coꝛdis aut ſapiẽtes ſũt: et ipo delectãtur ſapoꝛe boni:aut maligni ſũt. et in ipſa ſibi cõplacẽt malicia:etiã nulla ſpe alterius cõmodi blãdiẽte. Malicia vero quid niſi ſapoꝛ eſt mali? Beata mens quam ſibi totã vẽdicauit ſapoꝛ boni et odiũ mali. Hoc eſt ſapiẽtie victoꝛiã feliciter experiri. Nã ſapiẽtia vincere maliciam compꝛobat:cum excluſo ſapoꝛe mali qui nõ aliud q̃ ipa malicia eſt. boni quidã intimus ſapoꝛ:mentis intima occupare tota ſuauitate ſentit. Itaq; ad virtutem ſpectat tribulationes foꝛtiter ſuſtinere:ad ſapientiã gaudere in tribulationibus. Cõfoꝛtare coꝛ tuum ⁊ ſuſtinere dominũ: virtutis eſt guſtare ⁊ videre q̃ ſuauis eſt dñs: ſapientie eſt. Modeſtia animi ꝓbat ſapientẽ:conſtãtia virum virtutis oſtendit. In virtute ſtabilitas:in ſapientia maturitas.

## ¶ Ca.lxx. De actiua vita ⁊ cõtemplatiua. Sup cãtica. ſermone. xlvi.

Foꝛte appetis contẽplatiõis quietem ⁊ benefacis:ergo cura virtutum exercitio ſanctũ ocium preuenire. Alioquin delicato ſatis ocio doꝛmitare voles:ſi nõ exercitatus quieſcere aptis. et Lye fecunditate neglecta: ſolis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed etiã prepoſterus oꝛdo eſt an meritum exigere premiũ:et ante laborem ſumere cibum. Nõ igitur putes de ꝓpꝛio amoꝛe quietis ſancte obediẽtie actibus ſenioꝛũ: ve traditionibus ꝑiudicium vllatenus faciendum. alioquin non approbat dñs tue cõtemplatiõis inane ſane ocium. ꝓpter quod nõ exaudiet oꝛões tuas: vocatuſq; nõ veniet. nec enim dabit inobediẽti copiã ſui tãtus obedientie amatoꝛ: vt moꝛi q̃ non obedire maluerit. Super cãtica ſermone. li. Ex bonis operibus recipiet cõſolationẽ mens aſſueta quietis: quotiẽs ſibi lux vt aſſolet cõtemplationis ſubtrahitur. Quis eñ non dico cõtinue: ſ; vel diu dum in hoc coꝛpe manet: lumie contemplationis fruatur? At quotiẽs coꝛruit a cõtemplatiua: totiẽs in actiuam ſe recipit. Inde nimirũ tanq̃ e vicino familiarius reditura i idipm. qm̃ ſunt inuicem cõtubernales he due ⁊ cohabitãt pariter. Eſt quippe ſoroꝛ Marie martha. Neq; enim etſi a cõtemplationis lumine cadit: patitur tñ vllatenus ſe incidere tenebras pcti: ſeu ignauiam ocij ſane in luce bone operatiõis ſe retinens. Loquoꝛ vobis experimentum meũ quod expertus ſum. Si qñ ſane cõperi ꝓfeciſſe aliquos veſtrũ ex meis monitis: tunc nõ me piguit fateoꝛ curam pretuliſſe ſermonis ꝓpꝛio ocio et quieti. Patienter auelloꝛ ab infecunde rachelis amplexibus: vt mihi exuberent fructus ꝓfectuũ veſtroꝝ. Caritas enim q̃ nõ querit q̃ ſua ſunt: ad mihi iãdudum facile pſuaſit nil ſcil; deſiderabilium meoꝝ veſtris ꝑferre vtilitatib⁹.

Orare:legere/ſcribere/meditari/ et ſiq̃
ſunt talia ſpũalis ſtudij lucra:hec ar-
bitratus ſum ꝑpter vos detrimēta.Su
per cãtica.ſer.lvij.Hoc ſiquidē vera et
caſta contemplatio habet:vt mentem
quam diuino igne vehemēter accende-
rit/tãto repleat zelo ⁊ deſiderio acqui-
rendi deo qui eũ ſimpliciter diligãt:vt
ocium cõtemplatõis pro ſtudio ꝑdica
tionis libētiſſime intermittãt.Et rurſũ
potita votis aliquaten⁹ in hac parte:
tanto ardētius redeat in idipm/quãto
fructuoſius intermiſiſſe meminerit.Et
item ſũpto cõtemplatiõis guſtu:valen
tius ad cõquirēda lucra ſolita alacri-
tate recurrat.Ceterũ inter has viciſſi-
tudines plerũq; mēs fluctuat metuēs
et vehementer exeſtuãs. ne forte alteri
horum dũ ſuis affectiõibus hinc inde
diſtrahitur:plus iuſto inhereat/⁊ ſic in
vtrolibꝫ vł ad modicũ a diuina deuiet
volũtate.Unicũ quippe in hmõi reme
dium vel refugiũ oratio eſt:⁊ frequens
gemitus ad deũ.vt quid:quãdo/ ⁊ q̃te
nus nos facere velit: aſſidue nobis de
monſtrare dignetur.

## ¶ Ca.lxxi.De duobus gene-
ribus pariēdi i ſpirituali matrimonio.
Super cãtica.ſermone.lxxxv.

In ſpiritali matrimonio duo ſunt
genera pariēdi:⁊ ex hoc etiã diuer
ſe ſoboles: ſed nõ aduerſe.cũ ſãcte ma
tres aut predicãdo aias:aut meditan
do intelligētias pariunt ſpirituales.In
hoc vltimo gñe interdũ exceditur ⁊ ſe-
ceditur etiã a corporeis ſenſib⁹:vt ſeſe
non ſentiat que verbũ ſentit.Hoc fit cũ
mens ineffabili verbi illecta dulcedine
quodãmodo ſe ſibi furatur : imo rapiť
atq; illabitur a ſeipſa vt verbo fruatur
Aliter ſane afficitur mens fructificãs
verbo:aliter fruēs vbo. Illic ſolicitat
neceſſitas ꝓximi: hic inuitat ſuauitas
verbi.Et quidē leta in ꝓle mater:ſꝫ in
amplexib⁹ ſponſa letior.Cara pignora
filiorũ:ſed oſcula plus delectãt. bonuꝫ
eſt ſaluare multos:excedere aũt ⁊ cum
verbo eſſe multo iocũdius.At qñ hoc:
Aut q̃diu hoc:Dulce cõmerciũ:ſꝫ bre
ue momētum:⁊ experimentũ rarũ. Hoc
quiſquis curioſus es ſcire quid ſit hoc
verbo frui para illi nõ aurē: ſed mentē
Non docet hoc lingua :docet gratia.

## ¶ Ca.lxxij.De duplici exceſ-
ſu.Super cãtica.ſermone.lij.

Inter medios laqueos in hac vita
inceditur qui vtiq; totiēs nõ timē
tur:quotiēs ſctã aliqua ⁊ vehemēti co
gitatione aïa a ſemetipſa abrupiť:ſi tñ
eouſq; mēte ſecedat ⁊ auolet:vt hũc cõ
munem trãſcendat vſum ⁊ cõſuetudinē
cogitãdi. Etenī fruſtra iacitur rete añ
oculos pēnatoꝝ.Quid eñ formideť lu
xuria:vbi nec vita ſentitur.Excedente
quippe aïa etſi nõ vita certe vite ſenſu
neceſſe eſt etiã vt nec vite tētatio ſentia
tur.Utinã hac morte ego frequēter ca
dam:vt euadã laqueos mortis.vt nõ
ſentiam vite luxuriãtis mortifera blan
dimēta.vt obſtupeſcã ad ſenſum libidi
nis:ad eſtũ auaritie. ad iracũdie ⁊ im-
patiētie ſtimulos:ad angores ſolicitu-
dinum et moleſtias curarũ. Moriatur
anima mea morte iuſtoꝝ: vt nulla illã
illaqueet iniuſticia/nulla oblectet iniq̃
tas.Bona mors q̃ vitam nõ aufert:ſed
trãffert in melius.bona qua nõ corpus
cadit:ſed aïa ſubleuatur.q̃ ſenſum non
ſopiat:ſed abducat.nõ vita:ſꝫ vite eri-
piat laqueis. Uerũ hoc hoïm eſt. Sed
moriatur aïa mea morte ſi dici poteſt
etiam angeloꝝ: vt ꝑſentiũ memoria ex
cedēs/rerũ ſe inferiorum corporearũq;
non modo cupiditatib⁹:ſed ⁊ ſimilitu-
dinibus exuat.ſitq; ei pura cũ illis cõ-
uerſatio:cũ quib⁹ eſt puritatis ſimili-
tudo.Talis vt opinor exceſſus:aut tñ
aut maxime cõtemplatio dicitur.Reꝝ
etenim cupiditatibus viuēdo nõ teneri
humane virtutis eſt:corpoꝝ vero ſimili
tudinibus ſpeculãdo nõ inuolui: ange-
lice puritatis eſt/vtrũq; tñ diuini mu-
neris eſt.Utrũq; excedere vtrũq; teipm
trãſcendere eſt:ſꝫ lõge vnũ/et alterũ nõ
longe.Trãſiliſti carnis oblectamēta vt
minime iam obedias ꝯcupiſcētijs ei⁹:
nec tenearis illecebris.ꝓfeciſti/ſepaſti
te:ſed nondum elõgaſti.niſi ⁊ irruentia

vndiqꝫ fantaſmata corporearū ſimilitudinum: trāſuolare mētis puritate pualeas. Huc vſqꝫ noli tibi ꝑmittere requiem. Erras ſi citra inuenire te eſtimas locū quietis: ſecretū ſolitudinis. luminis ſerenū: habitaculū pacis.

¶ Ca.lxxiij. De duplici ꝑmiſſione dn̄i que exhibetur ſeculi contemptoribus. Sup pſalmum. Qui habitat verſu.iiij.

Gemina ꝑmiſſio dn̄i: ſcilꝫ vite eius que nūc eſt et future. Si em̄ ſolum promitteret regnū et in itinere deeſſet viaticū: omino cōquererētur hoies et reſponderēt. Magnū quidē eſt qđ promittitur: ſed ꝑueniēdi illuc nulla facultas datur. Propterea qui poſt hoc ſeculum vitā promiſit eternā: ipſe dandū etiam in hoc ſeculo centuplū prouidētiſſima pietate ꝑmiſit. In quibuſdam dictis. Centuplū cōſolatio pn̄tis laboris: vita eterna future felicitatis cōſūmatio eſt. Sic nimirū ⁊ operarijs hui⁹ ſeculi: ſolet cibus i opere / merces in fine dari. Datū optimū ⁊ centuplū hoc deſurſum eſt: deſcēdēs a patre luminū. Māna abſcōditum eſt. quod victori promittit / nomē nouū eſt: qđ nemo ſcit niſi qui accipit. An non omia poſſidet: cui omnia cooperātur in bonū? An nō centuplum habet oim qui implet ſpūſancto: qui chriſtū habet in pectore: niſi q longe plus ꝙ cētuplū eſt viſitatio paracliti ſpūs ⁊ pn̄tia chriſti? Hoc centuplum adoptio filiorum eſt libertas et primitie ſpirit⁹: delicie charitatis. gloria cōſciētie. regnū dei. nō vtiqꝫ eſca vel potus: ſed iuſticia ⁊ pax ⁊ gaudium in ſpirituſctō. Gaudiū ſane nō modo i ſpe glorie: ſed etiā in tribulatiōibus. Hic ē ignis quē voluit chriſtus vehemēter accēdi. Hec virtus ex alto: q̄ andreā fecit deſiderare crucē. Laurentium irridere carnificē. Stephanū in morte pro lapidantibus flectere genua ad orationē. Hec illa pax quā chriſt⁹ ſuis reliquit: quādo dedit ⁊ ſuā. Siquidem donum ⁊ pax eſt electis dei: pax vtiqꝫ ⁊ donū future. Illa ſuperat oēm ſenſum: et huic quicquid ſub ſole placet: quicquid in mūdo ꝯcupiſcitur nō poterit cōparari. Hec gratia deuotiōis: ⁊ hec vnctio que docet de oibus quā expertus nouit. inexpertus ignorat: quā nemo ſcit / niſi q̄ accipit. Hoc cētuplū eſt qđ in hoc ſeculo ſeculi cōtemptorib⁹ exhibetur. Nec tibi illud noſtro ſperaueris eloquio cōmendādum: ſolus eſt ſpūs qui reuelat ſine cauſa paginā cōſulis: experientiā magis require. Sapiētia eſt cuius precium neſcit homo: de occultis trahitur nec in terra ſuauiter viuētiū inuenitur iſta ſuauitas. Nimirū ſuauitas dn̄i ē: niſi guſtaueris nō videbis. Non illud eruditio: ſed vnctio docet. nec ſcientia: ſed conſciētia cōprehēdit. Māna enim eſt oēm ſaporē hn̄s: ⁊ odoris delectatōnem. requies eſt vera ⁊ ſincera: ſuauis ⁊ ſalubris / iocūda ⁊ ſctā. Hec eſt ꝑmiſſio vite pn̄tis. Nā promiſſionē future q̄s explicet? Si expectatio iuſtoꝝ leticia ⁊ tanta leticia vt oe quod deſideratur in ſeculo ei nō valeat operari: ipm̄ qđ expectatur quid erit? Oculus nō vidit deus abſqꝫ te: q̄ preparaſti diligētibus te. Pax em̄ eſt q̄ exuperat oēm ſenſū: pax ſuper pacē. Indeficiēs exultatō: torrēs voluptatis diuine / flumē leticie / gaudium plenū. Cogita quicqd vis: quicquid potes expta. excedit cogitatum oēm: deſideriū oe exuperat illa felicitas. eternitas illa: illa beatitudo.

¶ Ca.lxxiiij. De duplici ſeſſione ſiue requie corporis ſcilꝫ ⁊ anime in futuro. De colloquio Simonis ⁊ ieſu

Sedebit corpus immortalitatis ⁊ impaſſibilitatis: gemia quadam felicitate dotatū. liberum ab omni neceſſitate: ab omni corruptiōe ſecurum. alienum ⁊ imune ab omni cōcupiſcētia plenum gratia: cōfiguratū deniqꝫ claritati corporis chriſti. Sedebit et aia nil metuēs nec cupiēs vltra: nimirū plena beatitudine ⁊ ſecura plenitudie fruēs. nullos iam cogitationū fluct⁹: nullos tentationū cōflict⁹ / nullos affectionū ſentiēs motus: ſed eterne illi incōmutabilitati proſus immerſa. ⁊ ſic vnita

adherens deo: vt vnus iam ſpũs ſit facta cum eo. O ſi vnꝙ ſedebo totus quidem cuius modo nec minima quidem portio ſedet: in quo nihil tranquillum nihil quietũ. ſedatũ nihil. nihil vnꝙ in eodem ꝑmanet ſtatu: ſed cũcta ĩ motu ſunt. oĩa nutãt. fluctuãt vniuerſa. poſtremo vbi concupiſcit adhuc caro aduerſus ſpiritũ: ⁊ ſpũs aduerſus carnẽ. Quidnã homĩs ſedere videt᷑? Nec ſola iam ꝯcupiſcẽtia pacẽ turbat: impedit ſeſſionem vetat eſſe ſedatũ. Sꝫ duplex quoqꝫ ſcꝺm corpus miſeꝝ hoĩem vexat contritio pñtis: videlꝫ ſenſu doloris ⁊ mortis metu future: nimirũ cũ ⁊ paſſibile ſit ⁊ mortale. Duplex nihilominꝰ animã agitare ſolicitudo videt᷑: ſpei vtiqꝫ et timoris. Inter hec nẽpe fluctuat iugiter duꝫ peccati corpus inhabitat: aſcendẽs vſqꝫ ad celos: et iterũ vſqꝫ ad abyſſos deſcendẽs. tabeſcẽs in malis: ⁊ ad bona nihilominus inardeſcẽs

¶ Ca. lxxv. De gaudio dñi et expectatione animarũ ſanctaꝝ. In ſermone de omibus ſanctis. Aduertiſtis ni fallor.

HEc eſt plane requies dñi nõ interciſa: nõ circa aliquid certũ reſtricta. qm̃ in oĩbus gaudet. in oĩbus delectatur. in oĩbus requiẽ querit ⁊ inuenit Nam ⁊ bona ei placẽt in ſeipĩs: ⁊ delectatur nihilominꝰ bona ordinatõe malorum: diligit miam ⁊ iudiciũ. Nec mõ in bonoꝝ gloria ſibi cõplacet: ſꝫ in ipĩs quoqꝫ vtpote iuſtis ſupplicijs impioꝝ. Quid ergo? Poterit ne putas humana aĩa in hoc gaudiũ dñi ſui et in hãc eius requiem intrare: vt ⁊ ipa quoqꝫ in oĩbꝰ delectetur ne aliqua iam priuata affectione cõtrahat᷑ in rugã: ſed trãſeat in affectũ quendã generalẽ atqꝫ diuinũ? Poterit ſine dubio ſi fidelis inueniatur ſup pauca q̃ accepit militie ſue tẽpore. id eſt ſup artus. ſup ſenſus. ſup appetitus ſuos quos ſuſcepit regendos. vt in his ꝓbetur qm̃ fidelis ſit dño ſuo. Nec dubiũ quin fidelẽ in modico ſeruũ ſup multa cõſtituet dñs liberalis et diues Tunc em̃ fidelis ſeruꝰ cõſtituit᷑ ſup oĩa bona dñi ſui: cum in gaudiũ eius meretur intrare. ⁊ cum eo deinceps letari in vniuerſis: in cũctis gaudere: in oĩbus delectari. Etem̃ qui adheret deo aplõ teſte: vnus ſpũs efficit᷑. et volũtas eius oĩno diuine adherẽs volũtati fit vna cũ ea: vt iam nihil qđ ꝯtra eã ſit inueniat᷑ in oĩbus creaturis: ſꝫ vniuerſa fiant vel magis maneãt ꝓ eius arbitrio. Hec eſt beata ſpes quã expectãt aĩe ſancte

¶ Ca. lxxvi. De duplici glutino cognitionis: ſcilꝫ et dilectionis quo ſibi coherẽt ſancti ſpũs in celo. In ſer. de dedicatione. Feſtiuitas hodierna.

NOn iuncta ligna et lapides domũ non faciũt: nec in ea habitare q̃s poteſt. Sola ergo cõiunctio: domũ facit. Sic celeſtiũ ſpirituũ ꝑfecta vnitas ſine vlla diuiſione cõnexa integrã ⁊ cõgruam deo reddit habitationẽ: quã ineffabiliter beatificat inhabitãs gloria maieſtatis. Quis enim ſciret vniuerſa regum conſilia: aut quis omnia eoꝝ dicta vl' facta ſic noſcet: quomodo palacij ligna et lapides ſi nõ deeſſet illis intelligentie ſenſus? Itaqꝫ celeſtis illiꝰ curie lapides viui ac rationabiles: diuinis interſunt conſilijs ⁊ trinitatis miſteria norunt: audiuntqꝫ verba ineffabilia que non licet homini loqui. Quãto enim plus vident: plus intelligũt. plus agnoſcũt: tãto plus diligũt. tãto magꝭ laudant: tanto amplius admirantur. Uerum duplici ſibi coherent lapides illi glutino cognitionis plene et ꝑfecte dilectionis. Tãto ſiquidem maiori ad ſeinuicem dilectione copulant᷑: quãto ipſi dilectioni que deus eſt viciniores aſſiſtunt. ſed nec vlla ſeparare eos ab inuicem ſuſpicio poteſt vbi nihilominꝰ quod in altero ſit: alterum latere patitur penetrãs oĩa radius veritatis. Qm̃ enim qui adheret deo vnus ſpũs eſt cũ eo: nihil dubiũ eſt quin ꝑfecte adherentes ei beati ſpũs cum eo pariter ⁊ in eo penetrent vniuerſa.

¶ Incipiũt capitula libri. viij

De trinitate creata. i.

De triplici verbo. ij.
De tribus conſiderãdis in miſterio in=carnationis dominice. iij.
De triplici mixtura quaꝫ fecit deus in aſſumptione noſtre carnis. iiij.
De triplici virtute nominis dñi noſtri quod eſt Jeſus. v.
De triplici vtilitate aduent⁹ dñi .vi.
De tribus q̃ in opere noſtre redẽptiõis ſibiĳnuicem cooperantur. vij.
De triplici benedictione. viij.
De triplici gratia. ix.
De iuſtificatione:ſanctificatiõe:glori=ficatione. x.
De triplici miſterio miſtroꝝ chriſti xi.
De tribus modis quibus nos dilexit deus. xij.
De triplici modo diligẽdi deum[e]: xiij.
Quid ſit deũ diligere toto cord tota anima:tota virtute xiiij.
De triplici libertate quarũ vltima ſo=la liberũ arbitrium nominatur. xv.
De triplici libertate quaꝝ pria ẽ natu re:ſcõa gratie:tertia vite vel gľie. xvi.
De iudicio:cõſilio:et cõplacito xvij.
De triplici voluntate libera: bona: et mala. xviij.
De triplici bono quod in ſe habet pfe=ctio bonevoluntatis. xix.
De libero arbitrio:conſilio: et compla cito. xx.
De triplici operatione dei. prima ſcilꝫ per quam.ſecũda contra quam. tertia cum qua operatur. xxi.
De bona cogitatione:cõſenſu:ꝛ opere: que deus operatur in nobis. xxij.
De triplici operatione dei. quarũ pria creatio eſt.ſecunda formatio.tertia cõ=ſummatio. xxiij.
De intẽtiõe:affectõne:ꝛ meõria. xxiiij.
De triplici fide xxv.
De triplici caritate. xxvi.
De triplici ſolicitudine in dilectione proximi habenda xxvij.
De triplici vnguento. xxviij.
De trplici modo cõfeſſionis. xxix.
De triplici ſapiẽtia cordis:oris: ꝛ ope ris. xxx.
De triplici mõ reuertẽdi ad dñm.xxxi.
De ſobrietate:iuſticia:ꝛ pietate. xxxij.
De timore:ſpe:et caritate. xxxiij.
De triplici vigilia operum:verborum: et cordium. xxxiiij.
đ iuſtitia:pace:ꝛ gaudio ſpiritali.xxxv
De trib⁹ trãſeũtib⁹ p hoc ſeculũ.xxxvi
De trib⁹ q̃ neceſſaria ſũt p̃lato.xxxvij.
De triplici mõ ſubiectionis. xxxviij.
De tribus metis obediẽtie. xxxix.
de tribus gradibus obediẽtie. xl.
De triplici modo culpe que contrahit in tranſgreſſione. xli.
De triplici ꝯſideratione q̃ omne opus preuenire debet. xlij.
De triplici teſtimonio alterius: noſtri et dei. xliij.
De triplici diſtinctione ſapiẽtie. xliiij.
De triplici genere paupertatis. xlv.
De triplici mõ viuẽdi i ꝯgregatõe.xlvi.
De tribus q̃ neceſſaria ſunt ad paran=dum domum dei. xlvij.
De triplici apparatu neceſſario ad cu ſtodiam caſtri dominici. xlviij.
De tribus piculis i domo dñi. xlix.
De veritate caritate:ꝛ fortitudie. l.
De triplici amore li.
De tribus in quibus conſiſtit ſumma ſpiritalis exercitĳ lij.
De morte:dyabolo: ꝛ peccato. liij.
De caritate:caſtitate:ꝛ hũilitate. liiij
De tribus impulſoribus hois. lv.
De tribus generibus hoim nõ habitã tium i adiutorio diuino. lvi.
De tribus male fructificãtibus lvij.
De triplici vicio ſcilꝫ arrogantia et du plici ignorantia. lviij.
De triplici ignorantia. lix.
De trib⁹ bonis eminẽtiorib⁹in hoie.lx.
De triplici modo ſciendi lxi.
De tribus occultis. lxij.
De triplici corde. lxiij.
De tribus petitionibus cordis. liiij.
De ſeruo mercenario et filio lxv
đ triplici lege ſui mercenariĳ ꝛ filĳ.lxvi
đ trib⁹ panib⁹ q̄b⁹ q̃lꝫ reficiẽd⁹ eſt.lxvij
đ trib⁹ vĩclis q̄b⁹ deo aſtrĩgimur.lxviij
De tribus dictis. lxix.
De oculo:manu: ꝛ pede lxx.
De triplici aqua. lxxi.
De triplici loco lxxij.
de tribus i ope mũdi ꝯſiderãdis. lxxiij

De triplici genere bonorū ſcilȝ naturalium:ſpiritalium/eternorū. lxxiiij.
De triplici diſtinctione bonoruȝ ſupra dictorum. lxxv.
De triplici genere iuſtorum lxxvi.
De trib⁹ q̄ faciūt hoiem ſctm̄. lxxvij.
De triplici modo cōtēplatōis. lxxviij.
De tribus que impediunt contemplationem. lxxix.
De trib⁹ nouiſſimis metuēdis lxxx.
De triplici malo qđ peccatores paſſuri ſunt in fine. lxxxi.
De tribus ſpeciebus conſiderationis ſuperne. lxxxij.
De tribus modis quibus veſtigādus eſt deus ꝛ bti ſpūs q̄ cū eo ſūt. lxxxiij.
De tribus q̄ faciūt mortē ſāctoꝝ preciosam in cōſpectu dn̄i. lxxxiiij
De triplici genere ſanctoꝝ. lxxxv.
De triplici ſtatu ſanctoꝝ. lxxxvi.
De triplici gaudio quod habēt ſancti ſcilicet ante mortem: āte iudiciū/ poſt iudicium lxxxvij.
De tribus cōſiderādis in feſtiuitatib⁹ ſanctorum. lxxxviij.
De triplici deſiderio ꝓueniēte de memoria ſanctorum. lxxxix.
De triplici plenitudine habēda in futura vita. xc.
De triplici modo fruēdi deo in eterna vita. xci.

## ℂ Expliciunt capitula.

## ℂ Incipit liber octauus.

### ℂ Ca.i. De trinitate creata: et qualiter cecidit ſuggeſtiōe dyabolica delectatione et ꝯſenſu. In quibuſdam dictis.

Eata illa ꝛ ſempiterna trinitas pater: et filius/ et ſpūſſanctus. vn⁹ de⁹. ſcilȝ ſūma potētia. ſumma ſapiētia. ſūma benignitas. creauit quandā trinitatem ad imaginē et ſimilitudinē ſuam: aīam videlȝ rationalē/ que in eo prefert veſtigiū quoddā illius ſumme trinitatis. quod ex memoria: ratione/ ꝛ volūtate ꝯſiſtit. Sed hec trinitas creata cecidit ꝑ ſuggeſtionē: delectationē/ conſenſum. ab illa ſūma ꝛ pulcra trinitate ſcilȝ potētia: ſapiētia/ puritate. in quandā cōtrariā trinitatē: et fedā ſcilȝ infirmitatē: cecitatē/ immūdiciā. Memoria em̄ facta eſt impotēs ꝛ infirma. ratio imprudēs ꝛ tenebroſa: voluntas impura. Porro memoria q̄ ſimplicis diuinitatis eſt potentiā ſtās cogitabat: cecidit in tres ſpecies cogitationū. affectuoſas: oneroſas/ ocioſas. Affectuoſas voco illas in quib⁹ ipſa afficitur. vt in curis rerū neceſſariarū edēdi: bibendi/ ceterarūq; ſimiliū. Oneroſas in exterioribus ādminiſtrationib⁹ et occupatiōibus duris. Ocioſas quibus nō afficitur nec oneratur: ꝛ tn̄ ab eternorū contemplatiōe ꝑ illas diſtenditur. vtſi cogitet (verbigratia) equū currētē/ aut auem volantē. Rationis quoq; triplex eſt caſus. Eius ſiquidē diſcernere erat inter bonum ꝛ malū. verum ꝛ falſū. cōmodū ꝛ incōmodū. In quib⁹ diſcernēdis tāta caligne excecat: vt ſepe in cōtrarium ducat iudiciū/ recipiēs malū pro bono. falſum ꝓvero. noxiū ꝑ cōmodo: et ecōuerſo. Nunq̄ vero in his falleretur: ſi nunq̄ lumine quo creata eſt priuaretur. Voluntatis ruina ſimiliter tripartita eſt. Que em̄ ſumme benignitati ꝛ puritati inherere ꝛ eā ſolā diligere debuit: etiā in hec infima lapſa ꝑ cōcupiſcentiam carnis ꝛ oculorū/ ꝛ ambitioneȝ ſeculi terrena dilexit. Quid hoc infelicius caſu poteſt eſtimari vbi pereunte memoria: ratione/ volūtate/ tota anime ſubſtātia interimitur?

### ℂ Ca.ij. De triplici v̄bo. In quibuſdam ſentētijs.

Dicimus verbū inſpiratū: verbuȝ eructuatū/ verbum incarnatum Primū fecit cognitionē. ſecundū cōuerſionem. tertium viuificationē. Primuȝ obfuit: qꝛ cum cognouiſſent deum/ nō ſicut deū glorificauerunt. aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitatōib⁹ ſuis: ꝛ obſcuratū eſt inſipiēs cor eorum

Secūdum nō profuit: quia nō data eſt lex que poſſet viuificare. Tertiū iuuit: quia per carnē redemit. Primū totum deforis. ſecundū foris ⁊ intus. tertium totū intus. Et nota qꝛ qḋ eructatur de plenitudie eructuātis cū quodā ipſius ſubſtātie ſapore ꝓfertur. Et idcirco ſapientia incarnata dicitur: habēs in ſe oēm plenitudinē. in miraculis cognitōnem. in doctrina conuerſionē. in paſſione viuificationem.

¶ Ca. iij. De tribus conſiderandis in miſterio incarnationis dñice In quibuſdam dictis.

MIſterium incarnatōis chriſti tria in ſe cōſiderāda cōtinet. ſcilꝫ formam humilitatis: ꝓbamentū dilectionis: ſacramentū redēptiōis. Formam humilitatis demōſtrat vagit⁹ paruuli: locus diuerſorij: reclinatio in preſepio pannorū inuolutio. Probamentū dilectionis pia mors: qꝛ maiorē caritatem nemo habet: vt aiam ſuā ponat q̇s pro amicis ſuis. Sacramentū redēptionis triplicē oſtēdit potentiā deitatis. ſcilꝫ ꝙ de nihilo aliqḋ fecit: īueteratū innouauit: temporalē perpetuauit.

¶ Ca. iiij. De triplici mixtura quā fecit deus in aſſumptione nr̄e carnis. In ſermone de vigilia natalis dñi. Hodie ſcietis.

TRia opera tres mixturas fecit oīpotens illa maieſtas in aſſumptione noſtre carnis: ita mirabiliter ſingularia/ ⁊ ſingulariter mirabilia. vt talia nec facta ſint: nec facienda ſint ampli⁹ ſuper terrā. Coniūcta quippe ſūt adinuicem deus et hō: mater et virgo: fides et cor humanū. Ammirabiles iſte mixture et omni miraculo mirabilius: quō tam diuerſa abinuicē inuicem potuere coniungi. Contraxit ſe maieſtas/ vt qḋ melius habeat: videlꝫ ſeipm̄: limo nr̄o cōiūgeret/ ⁊ in pſona vna ſibi īuicē vnirentur deus ⁊ limus: maieſtas ⁊ infirmitas: tanta vilitas ⁊ ſublimitas tanta. Nihil enim deo ſublimius: nil vilius limo. et tñ tanta dignatōe deus deſcendit in limū: tantaqꝫ dignitate lim⁹ aſcēdit ad deum. vt quicquid deus fecit: limus feciſſe credatur. quicqḋ lim⁹ ꝑtulit de⁹ in illo ꝑtuliſſe dicatur: tā ineffabili ꝙ incōꝓhēſibili ſacramēto. Hec eſt pria ⁊ ſupexcellēs mixtura: ⁊ hec pria inter tres. Aduerte homo qꝛ limus es/ et nō ſis ſuperbus: quia deo iūctus es/ et nō ſis ingratus. Secūda eſt virgo ⁊ mater vtiqꝫ et āmirabilis ⁊ ſingularis. A ſeculo nō eſt auditū ꝙ virgo eſſet q̄ peperit: ꝙ mater eſſet q̄ virgo permāſit. Nūqꝫ iuxta rerum ordinē virginitas eſt vbi fecunditas p̄dicatur: nec fecunditas vbi virginitas honoratur. Sola hec eſt i qua virginitas ⁊ fecūditas obuiauerūt ſibi Ibi ſemel factū eſt quod factū nō fuerat: nec fiet in eternū. quia nec primam ſimilem viſa eſt: nec habere ſequentem Tertia eſt fides ⁊ cor humanū: ⁊ hec q̄dem prima ⁊ ſecūda inferior: ſed nō minus forſitā fortis. Mirū enim quomō cor humanū his duobus fidē accōmodauit: quomodo credi potuit ꝙ de⁹ hō eſſet/ ꝙ māſerit virgo q̄ peperiſſet. Quomodo hoc potuit perſuaderi humano generi: vniuerſo orbi terrarū? Et tamē tam facile tā potēter perſuaſum eſt: vt michi hoc credibile faciat credentium multitudo. Iuuenes et virgines/ ſenes cum iuniorib⁹ elegerunt mille mortib⁹ mori: ꝙ vel ad momētum/ ab iſta fide deficere. Et hec quidem mixtura excellens: ſed excellētior ſecūda. Tertia vo excellētiſſima eſt. In prima vide quid: in ſecūda per quid: in tertia ꝓpter qḋ: deus dederit tibi. Dedit tibi chriſtum per mariā propter ſuauitatē. In pria remediū eſt: qꝛ ex deo ⁊ hoie cataplaſma confectū eſt: quod ſanaret omēs infirmitates tuas. Cōtuſe ſunt aūt et cōmixte he due ſpecies in vtero virginis tanqꝫ in mortariolo: ſācto ſpiritu tanqꝫ piſtillo illas ſuauiter cōmiſcente. Sed quia tu dignus nō eras cui donaretur: datum eſt marie. vt per illā acciperes quicquid haberes: que per hoc ꝙ mater eſt genuit tibi deū. per hoc ꝙ virgo eſt/ exaudita eſt pro reuerētia ſua in cauſa tua et totius generis humani. Si ſola mater eſſet ſufficeret ei: vt ſaluaretur

per filiorum generationē. Si ſola virgo ſufficeret ſibi: vt benedictus fruct⁹ ventris eius mūdi preciū eſſet. Cū ergo in prima ſit remediū: in ſecūda adiutoriū eſt. q2 nihil nos deus habere voluit: qd per marie manus nō trāſiret. In tertia autē meritū habemus ⁊ in fide ſanitas eſt: q2 qui crediderit ſaluus erit

## ¶ Ca. v. De triplici ꝟtute nominis domini noſtri quod eſt ieſus. Super cantica. ſermone. xv.

EST inter oleum et nomen Jeſu ſimilitudo in triplici quadā qualitate olei: ꝙ lucet / ꝙ paſcit / ꝙ et vngit. Fouet ignem: nutrit carnem: lenit dolorem. Lux / cibus / et medicina. Uide idem de nomine Jeſu. Lucet predicatū paſcit recogitatum: inuocatum lenit ⁊ vngit. Unde putas in toto orbe et tam ſubita fidei lux: niſi de predicato Jeſu? Nec tantū lux eſt nomen ieſu: ſed et cibus eſt. An non totiens ꝯfortaris: quotiens recordaris? Quid eque mentē cogitantis impiguat? Quid ita exercitatos reparat ſenſus? Uirtutes roborat. Uegetat mores bonos atq3 honeſtos. Caſtas fouet affectiones. Aridus eſt omnis anime cibus: ſi non oleo iſto infunditur. Inſipidus eſt: ſi non hoc ſale conditur. Si ſcribas non ſapit mihi: niſi legero ibi ieſum. Si diſputes aut cōferas non ſapit mihi: niſi ſonuerit ibi ieſus. Jeſus mel in ore: in aure melos: in corde iubilus. Eſt et medicina. Triſtatur aliquis veſtrum: veniat in cor eius ieſus. et inde ſaliat in os: et ecce ad exortum nominis lumen. nubilum omne diffugit: et redit ſerenum. Labitur qs in crimen currit inſuper ad laqueū mortis deſperando: nonne ſi inuocet nomē vite cōfeſtim reſpirabit ad vitam? Cui in periculis palpitanti et trepidāti inuocatum virtutis nomen non ſtatim fiduciam preſtitit: depulit metum? Cui in aduerſis diffidenti iam iamq3 deficienti: ſi nomen adiutorij ſonuit / defuit fortitudo? Nihil ita ire impetum cohibet: ſuperbie tumorem ſedat: ſanat liuoris vulnus: reſtringit luxurie fluxū. extingit libidinis flammam. ſitim temperat auaricie: ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cum nomino ieſum hominē mihi propono mitē et humilē corde: benignū: ſobrium: caſtū: miſericordē: et omni deniq3 honeſtate ⁊ ſanctitate conſpicuū. eundemq3 ipſum deum omnipotentē: qui ſuo me ⁊ exemplō ſanet et roboret adiutorio. Hec omnia ſimul mihi ſonant cum inſonuerit ieſus. Hoc tibi electuariū habes o aīa mea reconditū in vaſculo vocabuli huius quod eſt ieſus: ſalutiferū certe qd ꝗ nulli vnꝗ peſti tue inueniatur inefficax ſemper tibi in ſinu ſit. Semper in manu quo tui omnes in ieſum ⁊ ſenſus dirigantur et actus. In quibuſdam dictis. Bona et deſiderabilis vmbra ſub alis ieſu: vbi tutum eſt fugientibus refugium: gratum feſſis refrigeriū. Miſerere mei domine ieſu miſerere mei: qm̄ in te cōfidit anima mea. Ueni domine ieſu et aufer ſcandala de regno tuo: qd eſt anima mea / vt regnes tu qui debes in ea. Uenit enim auaricia ⁊ vendicat in me ſibi ſedē: iactantia cupit dominari michi. ſuperbia vult michi eſſe rex: luxuria michi dicit ego regnabo. Ambitio / detractio / inuidia / et iracūdia: certant in meipſo de meipſo: cuius ego potiſſimum eſſe videar. Ego autem quantum valeo reſiſto: renitor quantum iuuor dominum meum ieſum reclamo. ipſi me defendo: quia ipſius me iuris agnoſco. Ipſum michi deū: ipſum michi dominū teneo / et dico. Non habeo regem: niſi ieſum. Ueni ergo domine et diſperge illos in virtute tua: et regnabis in me: quia tu es ipſe rex meus ⁊ deus meus.

## ¶ Ca. vi. De triplici vtilitate aduentus domini. In ſermone de aduētu domini. Si deuote celeb. ſer. vij.

NOn modo ad nos ſ3 ⁊ propter nos venit dominus: qui bonorum noſtrorum non eget. Uerum noſtre indigētie quantitatē: manifeſtius ipſa dignationis eius īdicat magnitudo. Nec modo periculū egritudinis ex ipſo precio

medicaminis innoteſcit:ſed et valitu=
dinum numerus ex multitudine reme
diorum. Ut quid enim diuiſiones gra=
tiarum ſunt:ſi non videtur neceſſitatū
vlla diuerſitas? Et quidem difficile eſt
vniuerſas vno ſermone proſequi indi=
gentias quas experimur. Sed occur=
runt michi interim tres cōmunes omi=
bus:et quodāmō principales. Nemo
enim reperitur in nobis:qui non conſi=
lijs ⁊ auxilij et preſidij indigens videat.
Nimirum generale eſt humano generi
triplex incommodū:quotquot degim⁹
in regione vmbre mortis/in infirmita=
te corporis/in loco tentationis. Si di=
ligenter aduertimus:triplici incōmo=
do hoc miſerabiliter laboramus. Nā
et faciles ſumus ad ſeducendū:et de=
biles ad operandū:et fragiles ad reſi=
ſtendum. Si diſcernere volumus inter
bonum et malum:decipimur. Si tenta
mus facere bonum: deficimus. Si co=
namur reſiſtere malo: deijcimur et ſu=
peramur. Neceſſarius proinde ſalua=
toris aduentus:neceſſaria ſit preoccu=
patis hominibus preſentia chriſti. At
ꝗ vtinam ſic veniat:vt copioſiſſima di
gnatione ſua:et in nobis per fidem ha=
bitans:illuminet cecitatem noſtram. ⁊
nobiſcum manens infirmitatē noſtram
adiuuet: et pro nobis ſtans fragilitatē
noſtram protegat ⁊ propugnet. Fidelis
enim conſiliarius:qui neꝗ falli omino
neꝗ fallere queat. Fortis auxiliarius
qui nō laceſcat. Patronus efficax:qui
et ipſum ſathanā ſub pedibus noſtris
velociter conterat: et omnia machina=
menta confringat. Nimirū ipſe eſt dei
ſapientia:cui ſemper in promptu ſit in
ſtruere ignorantes. Ipſe dei virtus/cui
facile ſit et deficientes reficere: ⁊ eripe=
re periclitantes. Qui ad hoc ipſum ve=
nit in mundū: vt habitans in homini=
bus/cum hominibus/pro hominibus
et tenebras noſtras illuminaret:et la=
bores leuiaret:et pericula propulſaret

## ¶ Ca. vij. De tribus q̄ in ope nostre ſalutis ſibijnuicem cooperantur Super cantica. ſermone. lxxviij.

Opus noſtre ſalutis tres ſibijnui=
cem cooperantur: deus/angelus.
homo. Et deus quidem quidni opere=
tur? Ipſe vero ac tota voluntate. et vti
ꝗ per ſe ipe ſufficeret:et abſꝗ admini=
culo horum. Hi autem ſine ipſo poſſūt
facere nihil. Ergo quod ex illis adſci=
nit in opus myſterij huius non ſibi ſo=
lacium: ſed profectum queſiuit illis.
Nam hominibus quidem merita loca
uit in opere: quia vnuſquiſꝗ ſm̄ pro=
prium laborē mercedem accipiet. ſiue
qui in fide plātat: ſiue qui rigat quod
plantatum fuerat. Angelorum autem
cum ad ſalutem generis humani mini
ſterio vtitur:nonne facit vt ab homini=
bus angeli diligantur? Nam quia ab
angelis homines diligantur: inde vel
maxime aduerti pōt:ꝙ antiqua ſue ci=
uitatis dāna ex hominibus reſarcitur=
iri angeli non ignorant. Nec alijs pro=
fecto regi legibus regnum caritatis de
cebat: ꝗ̄ pijs ipſoꝝ qui pariter regna=
turi ſunt: mutuiſꝗ amoribus et puris
affectionibus in inuicem et in deū. Eſt
autē in modo operandi differētia mul=
ta: pro cuiuſꝗ nimirum operarij digni
tate. Deus enim facit quod vult. Sola
ipſa facilitate volēdi ſine eſtu:ſine mo=
tu:ſine preiudicio loci vl' temporis vel
cauſe vel pſone. Porro āgelus nō abſꝗ
motu operat:tā tpali ꝗ̄ locali ſine eſtu
tn̄. Hō aūt nec ab eſtu animi:nec a mo=
tu corpis animiꝗ liber eſt in operādo.

## ¶ Ca. viij. De triplici benedictione. In quibuſdam dictis.

TRiplex nobis neceſſaria eſt bene=
dictio. Preueniēs/ adiuuās/ ⁊ cō=
ſummans. Prima miſericordie:ſecūda
gratie:tertia glorie. Preuenit mia con=
uerſionem: adiuuat gratia conuerſa=
tionem:perficit gloria conſummatio=
nem. Niſi trinam hāc benedictionem
dederit deus: nō poteſt terra noſtra da
re fructum ſalutis. Neꝗ enim aut in=
choare bonum:donec a mia preueniā=
mur aut agere bonum: donec adiuue=
mur a gratia:aut conſummare bonum
poſſumus donec gloria repleamur. Ue
rum in his tribus non immerito dulci

us ſapit ea que nō modo imeritos: ſʒ ⁊
male meritos preuenit. vt dum adhuc
filij ſum⁹ ire ⁊ operamur opera mortis
ipſe cogitat ſup nos cogitatōes pacis.
Et ne petētibus quidē: immo ⁊ impetē
tibus. nō inuocātibus: ſed ꝓuocātib⁹.
non interpellētib⁹: ſed etiā repellētib⁹
ſpiritum bonū: ſpiritū vite: adoptionis
ſpiritum largiatur. Quid illi aīe dulci⁹
ſapiat cui mīa tanta nō ſapit? Proinde
benedictio dulcedis noīatur ea q̄ pre-
uenit: q̄ que adiuuat fortitudinis: que
conſummat plenitudinis eſt

## ¶ Ca. ix. De triplici grā. In omelia. Intrauit Jeſus.

TRiplicē gratiā diuinitus accipi-
mus. vnā qua cōuertimur. aliam
qua in tentationib⁹ adiuuamur. tertiā
qua probati remuneramur. Pria nos
initiat per quā vocamur. ſecūda ꝓue-
hit qua iuſtificamur. tertia conſūmat:
qua glorificamur. Et prima quidem
beneplacitū eſt. ſecunda meritū. tertia
premiū. De prima dictū eſt. De pleni-
tudine eius nos oēs accepim⁹. De dua
bus reliquis dictū eſt: et gratiā ꝓ gra-
tia. id eſt munera eterne glorie ꝓ meri-
to temporalis militie.

## ¶ Ca. x. De iuſtificatione: ſanctificatione: ⁊ glorificatione. In quibuſdam ſententijs.

CHriſtus dei virtus ⁊ dei ſapiētia:
iuſtificatur / ſanctificat᷑ / glorifica
tur a filijs ſuis. Dicamus ergo primū
quomō ſapientia iuſtificat᷑ a filijs ſuis
Flagellat deus oēm filiū quē diligit.
Sed initio flagelli dū adhuc ſub lege
ſerui dei eſt: et neſcit qm̄ filius dei erit
murmurat ſe autē innocentē: deū vero
crudelē pronūciat. Huic aūt chriſt⁹ dei
virtus apparet: ſed nondū ſapiētia. q̄
per flagellū potentiā virtutis ſentit: ſʒ
nondū ſapientie ſuauitatē per intelle-
ctum capit. Hunc talē ſapientia attin
git fortiter ꝑ flagellū: ⁊ diſponit oīa ſua
uiter per intellectū. dū ei inſpirat gau-
dere in tribulationib⁹ ſcire: qm̄ tribula
tio patientiā operat᷑: patientia ꝓbatio
nem: ꝓbatio vero ſpem. Spes autē non
confundit ⁊ iam ſe nō quaſi ſeruū puni-
ri: ſed quaſi filiū ꝑ flagella erudiri co-
gnoſcit. vt hereditatē capiat ſe pecca-
torem: deū vero iuſtū pronūciās iuſtifi
cat in ſe matrē ſapientiā. Sed q̄d pro-
deſt peccata inter flagella ꝯfiteri: ſi nō
ab eiſdem ꝑ continētie ſanctitatē abſti
neas? Qualis pater talis ſit filius: ⁊ in
ſanctimonia filioꝝ nomē patris ſancti
ficetur. Sāctos enim eos dicim⁹ quos
firmos in ꝓpoſito cōtinētie ab hui⁹ſcli
non ſolū ab illicitis actionib⁹: ſed etiā
impudicis locutioib⁹ abſtinere videm⁹.
Sed q̄ ſapiēs filius gloria eſt patris:
neceſſe eſt vt non ſolū ſanctificet᷑ ab eo
mater ſapiētia ꝑ continētie ſtabilitatē
ſed etiā glorificetur ꝑ boni opis fructifi
cationem. Vn̄ pſalmiſta filiū ſapientie
deſcribēs ait. Jocūdus hō qui miſeret᷑
et cōmodat. Et vere breuis et perfecta
diffinitio ſapiētis. Jocūd⁹ eni qui iter
flagella cōfitēdo delictū: gaudet illud
per preſentē tribulationē deleri. Miſe-
retur aīe ſue placēs deo per cōtinentie
decorē: cōmodat proximo fructū bone
operationis. Et hic eſt iuſtus reddens
cuiqꝫ quod ſuū eſt. Deo cōfeſſionē: ſibi
miam: ꝓximo caritatē. Sic aūt iuſtifi-
catur ſapiētia a filijs ſuis ꝑ cōfeſſionē
pctōꝝ: ſctificatur ꝑ cōtinētie bonū: glo
rificatur ꝑ boni operis fructificationē.

## ¶ Ca. xj. De triplici miniſterio miniſtroꝝ chriſti. In q̄buſdā dictis

MIniſteriū miniſtroꝝ criſti triplex
eſt. ſeruitutis: caritatis: dignita-
tis. Miniſteriū ſeruitutis corporis ca-
ſtigatio: caritatis mētis deuotō. digni
tatis corporis criſti cōſecratio. primū
fit in afflictione. ſecundū in hilaritate.
tertium in humilitate. Primū eſt ſacri
ficiū tīoris. ſcōm amoris. tertiū laudis

## ¶ Ca. xij. De tribus modis q̄bus nos dilexit deus. Super cantica. ſermone. xx.

DIlexit nos deus dulciter: ſapien-
ter: fortiter. Dulce nēpe dixerim
q̄ carnē induit. cautū q̄ culpaȝ cauit.
forte q̄ mortē ſuſtinuit. Nā quos ſane
in carne viſitauit: carnalit᷑ tn̄ nequaꝗ̄

amauit: ſed in prudentia ſpūs. Itaq̄ quos i carne q̄ſiuit: dilexit in ſpū: redemit in virtute. Plenū proſus omni ſuauitatis dulcedie: videre deū hoīem hominis ꝯditorē. At dū naturā induit prudenter ſelegit a culpa: etiam potenter mortē propulit a natura. In carnis aſſumptione ꝯdeſcendit mihi: in culpe vitatione cōſulit ſibi. in mortis ſusceptione ſatiſfecit patri. amic⁹ dulcis: cōſiliarius prudēs: adiutoꝛ fortis. Huic ſecurus me credo q̄ ſaluare me velit: nouerit: poſſit. Ergo niſi amaſſet dulcit: nō me in carcere requiſiſſet illa maieſtas. Sed iunxit affectioni ſapientiā: q̄ tyrānum deciperet. iunxit et patientiā quā placaret offenſum deū patrem

## Ca.xiij. De triplici mō diligendi deū. Sup cātica. ſermone. xx.

Diſce criſtiane a criſto queadmodum diligas criſtū. Diſce amare dulciter: amare prudēter: amare fortit Dulciter ne illecti: prudēter ne decepti fortiter ne oppreſſi: ab amore dn̄i auertamur. Ne mūdi gloria ſeu carnis voluptatib⁹ abducaris: dulceſcat tibi pre his ſapiētia criſtus. Ne ſeducaris ſpū mēdacij ꝛ erroris: luceſcat tibi veritas criſtus. Ne aduerſitatib⁹ fatigeris: confortet te virtus dei criſt⁹. zelū tuū inflāmet caritas: informet ſciētia. firmet cōſtātia. Sit feruidus: ſit circūſpect⁹. ſit inuict⁹: nec teporē habeat: nec careat diſciplina: nec timidus ſit. Dilige dn̄m deum tuū toto ꝛ pleno cordis affectu. dilige tota rōnis vigilātia ꝛ circūſpectione. dilige ꝛ tota virtute: vt nec mori ꝓ eius amore ꝑtimeſcas Sit ſuauis ꝛ dulcis affectui tuo dn̄s Jeſus: cōtra male vtiq̄ dulces vite carnalis illecebras: ꝛ vincat dulcedinē dulcedo. Sꝫ ſit nihilominus intellectui ꝑuia lux ꝛ dux rōni non ſolū ob cauēdas heretice fraudis decipulas: ꝛ fidei puritatē ab eoꝝ verſutijs cuſtodiēdā. veꝝ vt cautus quoq̄ ſis: nimiā ꝛ idiſcretā vehementiā in tua conuerſatiōe vitare. In quibuſdā dictꝫ Sapiētia eſt deus: ꝛ vult ſe amari. nō ſolum dulciter: ſed et ſapiēter. Alioquin facillime zelo tuo ſpūs illudet erroris ſi ſapientiā negligas. Nec habet callidus hoſtis machinamentū efficaci⁹ ad tollendā de corde dilectionē: q̄ ſi efficere poſſit/ vt in ea incaute ꝛ nō cum rōne ambulet. Sup cantica. ſer. xx. Sit etiā fortis ꝛ cōſtans amoꝛ tuus nec cedens terroribus: nec ſuccumbēs laboribus. Ergo amemus affectuoſe: circūſpecte/ et valide.

## Ca.xiiij. Quid ſit deū diligere toto corde: tota anima: tota virtute. Ubi ſupra.

Non abduci blandicijs: nec ſeduci fallacijs: nec iniurijs frangi: toto corde: tota aia: tota virtute: diligere ē. Et nota amorē cordis quodāmodo eē carnalē: q̄ magis erga carnē chriſti ꝛ q̄ in carne criſtus geſſit vel iuſſit: coꝛ hūanum afficiat. Hoc repletus amore: facile ad oēm hmōi dei ſermonē cōpungitur. Nihil audit libenti⁹: nihil legit ſtudioſius: nihil frequentius recolit: nil ſuauius meditat. Aſtat orāti hois dei ſacra imago aut naſcētis: aut lactētis: aut docētis: aut moriētis: aut reſurgētis: aut aſcendentis: et quicq̄d tale occurrat vel ſtringat: neceſſe eſt aiam in amore virtutū vel carnis exturbet vicia fuget illecebras: moꝛtia deſideria ſedet In carnis ergo deuotione interim cōſoletur qui viuificantē ſpiritū nōdum hꝫ eo dūtaxat modo quo hn̄t illi qui aiūt Et ſi cognouimus criſtū ſcōm carnē: ſꝫ nunc iam non nouim⁹. Nā alias quidē nequaq̄ ſine ſpūſancto vel in carne diligitur criſtus: etſi nō in illa plenitudine Cuius tn̄ menſura deuotōis hec eſt: vt totū coꝛ illa ſuauitas occupet: totū ſibi ab amore vniuerſe carnis ac carnalis illecebre vendicet: hoc quippe toto corde diligere ē. Ut breuiter dicā/ toto corde diligere eſt omne qd̄ blāditur de carne ꝓpria vel aliena: ſacroſācte carnis amori poſtponere. In quo ꝛ mundi gloriam eque comprehendo: q2 gloria mundi gloria eſt carnis: ꝛ q̄ in ea delectantur/ carnales eſſe nō dubiū eſt. Bonus iſte amoꝛ carnalis ꝑ quē vita coꝛ-

poralis excluditur/cōtēnitur ⁊ vincitur mundus. Proficit aūt in eo cū fit et ra=tiōalis: perficitur cū efficitur ſpiritua=lis. Porro ratiōalis tunc eſt: cū in oibꝰ que oportet de chriſto ſentiri: fidei ratio ita firme tenetur: vt ab eccleſiaſtici ſen=ſus puritate/nulla veri ſilitudie/nulla heretica / ſeu diabolica circūuentione: aliquatenus deuietur. itemqꝫ cū in pro=pria cōuerſatione illa cautela ſeruatur vt diſcretionis meta: nulla ſupſtitione vel leuitate vel ſpūs q̄ſi feruētioris ve=hemētia excedatur. Et hoc eſt tota aia deū diligere. Qđ ſi et adiuuantis ſpūs vigor tātus accedat/ vt nulla vi laboꝝ vel tormētoꝝ: ſed nec mortis metu iu=ſticia vnqꝫ deſeratur. in hoc etiam tota virtute diligitur: et eſt amor ſpiritualis qđ nimirū nomē huic ſpecialiter amori cōgruere puto: ob ꝓrogatiuā vtiqꝫ ple=nitudinis ſpūs qua precellit.

## ¶ Ca. xv. De triplici liberta=te quaꝝ vltima ſola liberū arbitriū no=minatur. In li. de gr̄a ⁊ libero arbitrio.

Eſt eni libertas a peccato. Sꝫ qꝫ in carne peccati: a peccato ſibi vē=dicat libertatē? hac igitur libertate di=ctū merito nequaqꝫ opinor liberū arbi=triū. Eſt enim libertas a miſeria. Sed nunquid ⁊ iſtā ſibi quiſpiā in hac mor=talitate preſumit? Et ex hac itaqꝫ libe=rum nomiari arbitriū nō immerito ab=nuimus. Eſt vero quā magis ei cōgru=ere arbitror libertatē: quā dicere poſſu=mus a neceſſitate eo ꝙ neceſſariū volū=tario contrariū eſſe videtur. Siquidem qđ ex neceſſitate fit iā nō ē ex volūtate: ſed econtrario ſimiliter. Uerū libertas a neceſſitate eque et indifferenter deo vniuerſeqꝫ tam bone q̄ȝ male ratiōali cōgruit creature. Nec pctō nec miſeria amittitur / nec minuitur. nec maior in iuſto eſt q̄ȝ in peccatore: nec plenior in angelo q̄ȝ in homine. Manet nāqꝫ liber=tas voluntatis vbi etiā eſt captiuitas mentis: tam plena quidē in malis q̄ȝ ⁊ in bonis ſed in bonis ordinatior. Tam integra quoqꝫ pro ſuo modo in creatu=ra q̄ȝ in creatore: ſed in illo potentior. Qꝫ aūt ſolēt hoies cōqueri ⁊ dicere/ vo=lo habere bonā volūtatē ⁊ nō poſſum: nequaqꝫ huic preſcribit libertati vt q̄ſi vim aut neceſſitatē in hac parte volun=tas patiatur: ſed plane illa libertate q̄ eſt a pctō/ ſe carere teſtatur. Nā qui vult habere bonā volūtatem: probat ſe ha=bere volūtatē. Nō eni vult habere bo=nā niſi per voluntatē. Qꝫ ſi voluntatē ⁊ libertatē: ſed libertatē a neceſſitate: nō a pctō. Nēpe vt nō valeat cū velit ha=bere bonā: ſentit quidē deeſſe libertatē ſed ꝑfecto libertatē a peccato quovti=qꝫ dolet ꝑmi nō ꝑimi voluntatē. Quāqꝫ iam ꝓculdubio vtrūqꝫ bonā habꝫ: vbi habere vult: bonū quippe eſt qđ vult. Nec poſſet bonū velle: niſi bona volū=tate. ſic nec velle malū: niſi mala volū=tate. Cū bonū volumꝰ: bona eſt volun=tas. cū malū volumꝰ: mala eſt volūtas Utrobiqꝫ volūtas ⁊ vbiqꝫ libertas: ce=dit ſiquidē volūtati neceſſitas. Cū aūt nō valemus qđ volumꝰ ſentimus quidē ipſā quodāmodo libertatē pctō eſſe ca=ptiuam vel miſerā: nō tamē amiſſā. Ex hac ergo tm̄ libertate qua liberū eſt vo=luntati/ ſeipaꝫ iudicare vel bonā ſi bo=no. vel malā ſi malo cōſenſerit: quippe que in neutro niſi certe volēdo cōſentire ſe ſentit: liberū arbitriū credimꝰ noiari.

## ¶ Ca. xvj. De triplici liberta=te: quarū prima eſt nature. ſcđa gratie. tertia vite vel glorie. In libro de gra=tia et libero arbitrio.

Cum igitur triplex ſit propoſita li=bertas: a peccato. a miſeria. a ne=ceſſitate. hanc vltimo loco poſitam: cō=tulit nobis in cōditione natura. In pri=ma reſtauramur a gratia: media nobis reſeruatur in patria. Dicatur ergo pri=ma libertas nature. ſcđa gr̄e. tertia vi=te vel gl̄ie. Primo nēpe in liberā volun=tatē ac volūtariā libertatē cōditi ſumꝰ nobilis deo creatura. Prima ergo liber=tas habꝫ multū honoris: ſcđa plurimū et ꝟtutis: nouiſſima cumulū iocūdita=tis. Ex prima quippe preſtamus cete=ris animātibꝰ. in ſcđa carnē: per tertiā mortem ſubijcimus.

¶ Ca.xvij. Quid ſit iudicium quid cõſiliũ: q̄d ↄplacitũ. In.li.vbi ſ.

IUdicũ eſt diſcernere q̄d liceat. q̄d nõ liceat. conſiliũ ꝓbare quid expediat vel non expediat. Cõplaciti experiri quid libeat vel nõ libeat. Utinã tam libere nobis cõſuleremus q̄ libere de nobis iudicamus: vt ſicut libere per iudiciũ licita illicitaq; diſcernim⁹. ita per conſiliũ et licita tanq̄ cõmoda nobis eligere: et illicita tanq̄ noxia reſpuere liberũ haberem⁹. Iã em̄ nõ ſolũ liberi arbitrij: ſz et liberi ꝓculdubio cõſilij ac ꝑ hoc a pctõ liberi eſſem⁹. Sed q̄d ſi totũ ſolũq; qđ expediret vel liceret etiã liberet: nõne liberi quoq; eſſe cõplaciti merito diceremur. q̄ppe qui ab om̄i ꝓinde qđ diſplicere põt: hoc eſt ab om̄i nos miſeria liberos ſẽtirem⁹. Nũc aũt cũ multa per iudiciũ vel admittenda vel omittẽda eſſe decernam⁹: q̄ tñ ꝑ conſiliũ nequaq̄ pro iudicij rectitudĩe aut eligim⁹ aut cõtemnim⁹. rurſũ quia non oĩa q̄ tanq̄ recta et cõmoda cõſulte obſeruam⁹: etiã vt bñplacita libẽter amplectimur. ſz inſuꝑ quaſi dura ⁊ moleſta: vix equanimiter ferre ꝑduramus liquet q2 liberũ nec cõſiliũ habem⁹ nec cõplacitũ. Certiſſime autẽ habituri ſumus: qm̄ liberũ a neceſſitate arbitriũ. qđ nũc cuncte rationali creature cõeuidetur. erit etiã in electis hoĩbus vti iã in ſctis eſt angelis ⁊ cautũ a pctõ ⁊ tutũ a miſeria ꝓbantib⁹ tandẽ triplicis libertatis felici expientia: q̄ ſit bona voluntas dei ac beneplacẽs ⁊ pfecta. Qđ quia necdũ eſt ſola interim plena integraq; manet in hoĩb⁹ libertas arbitrij. Nã libertas cõſilij ex pte tm̄ et hoc in paucis ſpiritalib⁹ q̄ carnẽ ſuã crucifixerũt cũ vicijs et cõcupiſcentijs: q̄tin⁹ iã nõ regnet pctm̄ in eoꝝ mortali corpe Porro vt non regnet libertas facit cõſilij. Ut nõ deſit ex ĩtegro: captiuitas eſt liberi arbitrij. Iã de libertate ↄplaciti in hoc ſclo neq̄ q̄d dicem⁹: vbi vix ſufficit diei malicia ſua. vbi vita hoĩs tẽtatio eſt ſuꝑ terram: vbi totũ occupare videtur miſeria. vbi noctes dieſq; i merore cõtinuantur: nullũ ꝓfecto tpis ſpaciũ cõplacito vacuũ eſſe relinq̄tur. Ut tamẽ ⁊ in hac carne raro licet raptimq; cõplaciti libertate fruunt: q̄ cũ maria optimã partẽ elegerũt: que nõ auferet ab eis. Qui eni iã tenẽt qđ auferẽdũ nõ eſt expiunt vtiq; qđ futurũ eſt: ſed qđ futurũ eſt felicitas eſt. Porro felicitas et miſeria: eodẽ tẽpore ſimul eſſe non pñt Quotiẽs igit ꝑ ſpm̄ illã pticipãt: totiẽs iſtã nõ ſentiũt. Itaq; in hac vita ſoli cõtemplatiui pñt vtraq; frui libertate cõplaciti: et hoc ex pte et pte ſatis modica viceq; rariſſima. Porro libertate cõſilij fruũtur etiam quilibet iuſti ex parte quidẽ ſed nõ modica. Ceterum libertas arbitrij cũctis pariter ratione vtentibus cõuenit: nõ minoꝝ q̄ntũ in ſe eſt in malis q̄ in bonis: tam plena in hoc ſeculo q̄ et in futuro.

¶ Ca.xviij. De triplici volũtate: libera/mala/ et bona. In libro de gratia et libero arbitrio.

LIbera volũtas nos facit eẽ nr̄os: mala diaboli: bona dei. Creati quippe quodãmodo nr̄i in liberã volũtatẽ: q̄ſi dei efficimur per bonã volũtatem. Porro bonã facit: qui liberã fecit et ad hoc bonã vt ſim⁹ aliqđ initiũ creature eius: qm̄ expedit profecto nobis magis oĩno nõ fuiſſe: q̄ nr̄os ꝑmanere. Dũ ergo ꝑ malã volũtatẽ ſumus diaboli: q̄dãmõ interim nõ ſum⁹ dei: ſicut et cũ per bonã voluntatẽ efficimur dei: deſinim⁹ iam eſſe diaboli. Nemo ſiq̄dẽ poteſt duobus dñis ſeruire. Ceteꝝ ſiue dei ſum⁹ ſiue diaboli nõ tñ ſimiliter deſinim⁹ eſſe ⁊ nr̄i. Manet q̄ppe vtrobiq; libertas arbitrij: ꝑ quã manet ⁊ cauſa meriti: quare merito vel puniamur mali: qđ tanq̄ liberi ex ꝓpria volũtate efficimur vl glĩficemur boni qđ niſi eque voluntarij eſſe nõ poſſumus. Sane diabolo noſtra nos mãcipat voluntas: non ipſius poteſtas deo ſubijcit eius gratia: non noſtra voluntas. Noſtra quippe voluntas bona quod fatendum eſt a bono deo creata: perfecta tamen nõ erit quouſq; ſuo creatori perfecte ſubiecta ſit.

## ¶ Capi.xix. De triplici bono quod habet in ſe ꝑfectio bone volūtatis. In li. de gratia et libero arbitrio.

VElle malū: defectus quidā eſt voluntatis. bonum velle: profectus
eiuſdē. ſufficere autē ad omne quod volumus bonū: ipſius perfectio. Ut ergo
velle noſtrū qđ ex libero arbitrio habemus perfectū habeamus duplici gratie munere indigemus: ⁊ vero videlicet
ſapere quod eſt volūtatis ad bonū cōuerſio: et pleno etiā poſſe qđ eſt eiuſdē
in bono confirmatio. Porro ꝑfecta cōuerſio eſt ad bonum: vt nihil libeat niſi
quod deceat vel liceat. Perfecta in bono confirmatio: vt nil deſit iā qđ libeat
Tunc demū perfecta erit volūtas cum plene fuerit bona et bene plena. Habet
ſiquidē in ſe duplex bonū ab initio ſui. Unū quidē generale ex ſola creatione:
qđ a bono ſcꝫ deo nō potuit creari niſi bona. Alterꝫ ſpeciale: ex libertate arbitrij in qua ad imaginē vtiqꝫ ipſius qui
creauit eſt cōdita. Qꝫ ſi his duobꝰ modis accedat ⁊ tertiū ꝯuerſio ad creatorem: reputabitur nō imerito ꝑfecte bona. Bona nimirꝫ in vniuerſitate: melior
in ſuo genere: optima ex ſui ordinatiōe
Eſt autē ordinatio omnimoda cōuerſio volūtatis ad deum: et ex tota ſe voluntaria deuotaqꝫ et ſubiecta.

## ¶ Ca.xx. De libero arbitrio. conſilio et cōplacito. vbi ſupra.

AD liberū arbitriū quantum in ſe eſt non ꝑtinet poſſe vel ſapere ſed
tm̄ velle: nec potentē facit creaturā nec ſapientē: ſed tm̄ volentē. Nō ergo ſi potens aut ſapiēs: ſꝫ tm̄ ſi volēs eſſe deſierit: liberꝫ arbitriū amiſiſſe putāda erit
Ubi eñ non eſt voluntas: nec libertas.
Non dico ſi velle bonū: ſed ſi velle oīno creatura deſierit. Fatendū ſine cōtradictione/ vbi iam nō ex volūtate bonitas: ſed ipſa ex toto volūtas perit: etiā
liberū deperire arbitriū. Qđ ſi velle tm̄ bonū nō poterit: ſignum eſt ꝙ ei deſit liberū nō arbitriū ſed cōſiliū. Si autem
non quidē velle ſed ad id qđ iam vult bonum ei poſſe defuerit: nouerit ſibi deeſſe liberū cōplacitum: nō liberū periſſe arbitriū. Si ergo liberū arbitriū ita
vbiqꝫ ſequitur volūtatē: vt niſi illa penitus eſſe deſinat/ iſto nō careat. voluntas vero ſicut in bono ita etiā ⁊ in malo
eque perdurat: eque profecto et liberū arbitriū tam in malo ꝙ̄ in bono: integrū perſeuerat. Et quō voluntas etiā
poſita in miſeria nō deſinit eſſe voluntas: ſed dicitur et eſt miſera voluntas.
ſicut et beata voluntas: ita nec liberū arbitriū deſtruere: ſiue quantū in ſe eſt
aliquatenꝰ iminuere poterit q̄cunqꝫ aduerſitas vel neceſſitas. Sed licet vbiqꝫ
pariter ſine ſui diminutiōe perduret: nō tamen pariter ſicut de bono potuit per
ſe in malū corruere: ita quoqꝫ per ſe de malo in bonū poterit reſpirare. Nemo
ꝓinde putet ideo dictū liberū arbitriū ꝙ eque inter bonū ⁊ malū poteſtate vel
facilitate verſetur: cū cadere quidem per ſe potuerit: nō autē reſurgere niſi ꝑ
dñi ſpiritū. Nūc igitur ex eo potius liberū dicit̄ arbitriū ꝙ ſiue in bono ſiue
in malo eque liberā facit voluntatē: cū nec bonꝰ quiſpiā nec itē malus dici debeat aut eſſe valeat niſi volens. Tali
iam ratiōe nō incōgrue dicet̄: ad bonū ſe ⁊ ad malū habere equaliter: ꝙ vtrobiqꝫ videlicet par ſit ei: nō quidē in electione facilitas: ſed in voluntate libertas. Hac ſane dignitatis diuine prerogatiua: rationalē ſingulariter creaturam conditor inſigniuit. ꝙ ſui quodāmodo iuris in hac parte exiſteret: q̄ tenus nō niſi ſua voluntate aut mala fieret et iuſte damnaret̄: aut bona maneret et merito ſaluaretur. nō ꝙ ei ꝓpria
ſufficere poſſet voluntas ad ſalutē: ſed ꝙ eam nullatenus ſine ſua volūtate cōſequeret̄. Nemo quippe ſaluat̄ inuitꝰ.

## ¶ Ca.xxi. De triplici operatione dei: prima ſcꝫ ꝑ quā. ſcđa cōtra quā tertia cū qua operatur. In libro vbi ſ.

OPeratur deus illorū ſalutē quorꝫ nomina ſūt in libro vite: aliqñ per
creaturā ſine ipſa. aliqñ per creaturaꝫ cōtra ipſā. aliqñ per creaturā cum ipſa
Multa ꝓfecto fiūt hominibꝰ ſalubria

per inſenſibilē: et item per irrationalē creaturā que idcirco dixerim fieri ſine ipſa ꝙ non queat intellectu carens eſſe vel conſciētia. Multa quoqꝫ multorū ſaluti vtilia facit deus per malos ſiue homines ſiue angelos. ſed qm̄ inuitos: ideo contra ipſos. Nā dum nocere cupientes iuuant: quantū alijs valet vtilis actio tantū ipſis peruerſa nocet intentio. Porro per quos et cum quibus operatur deus: boni ſunt angeli vel homines. qui qđ vult deꝰ: et agūt pariter ⁊ volunt. Qui eni bono qđ ope cōplent: voluntate conſentiūt. opus omīno qđ per eos deus explicat: ipſis cōicat. Videamus ſm̄ dei triplicē operationem quā poſuimus: quid creatura queqꝫ ꝓ ſuo miniſterio mereatur. Et illa quidē per quā et ſine qua fit qđ fit: quid mereri poteſt? Quid illa cōtra quā fit: niſi iram? Quid et cū qua fit: niſi gratiam? In prima itaqꝫ nulla. in ſequēti mala. in vltima bona merita cōquirunt. Nec eni pecudes cum per eas bonū aut malum aliqđ fit: boni qcqꝫ merentur. Nō habent quippe vnde bono malo ve cōſentiāt. Multo minus autē lapides cū nec ſentiant. Ceterū diabolus vel hō malus cum vigeant et vigilent ratione iam quidē merentur: ſed non niſi penā pro eo ꝙ a bono diſſentiant. Quicunqꝫ autē ex conſenſu voluntatis obediunt: repoſitā ſibi eſſe confidūt coronā iuſticie. Vtitur ergo deus in ſalutem ſuorū irrationali. et item inſenſibili creatura tanqꝫ iumento aut inſtrumento: que iā expleto opere nuſqꝫ erūt. Vtitur rationali creatura ſed maliuola quaſi virga diſcipline: quā correpto filio in ignem proijciet tanqꝫ ſarmētū inutile. Vtitur angelis ⁊ hominibus bone voluntatis tanqꝫ cōmilitonibus ⁊ coadiutoribus ſuis: quos pacta victoria ampliſſime munerabit. Ibi itaqꝫ deus homini merita benigne cōſtituit: vbi per ipſum et cū ipſo bonū operari qppiā dignanter inſtituit. Hinc adiutores dei. cooperatores ſpūſſancti. promeritores regni nos eſſe preſumimus: ꝙ per conſenſū vtiqꝫ voluntariū diuine voluntati cōiūgimur.

Ca. xxij. De bona cogitatione: conſenſu et opere: que tria operat̄ deus in nobis. In li. vbi ſ.

DEus tria hec: hoc eſt bonū cogitare: velle: perficere: operatur in nobis. Primū ſine nobis: ſcđm nobiſcū tertiū per nos facit. Siquidē immittendo bonam cogitationem nos preuenit: immutando etiā malā voluntatē ſibi ꝑ conſenſū iungit miniſtrando et cōſenſui voluntatē vel facultatē foris per aptū opus noſtrū / internus opifex noſter innoteſcit. Sane ipſi nos ꝓuenire nequaqꝫ poſſumus. Qui autē bonū neminem inuenit: neminē ſaluat quē nō preuenit. A deo ergo ſine dubio fit noſtre ſalutis exordiū: nec per nos vtiqꝫ: nec nobiſcū. Verū cōſenſus ⁊ opus etſi nō ex nobis: iam non tamen ſine nobis. Nec primū itaqꝫ in quo nos quippe nil facimꝰ. nec vltimū qđ et plerūqꝫ extorquet aut timor inutilis: aut ſimulatio dānabilis: ſed tm̄ mediū reputatur nobis in meritum. Sola igit̄ interdū bona voluntas ſufficit: cetera non ꝓſunt ſi ſola defuerit. Non proſūt dixerim: ſed agenti non cementi. Valet itaqꝫ intētio ad meritū actio ad exemplū: vtrāqꝫ eſt preueniēs cogitatio tm̄modo ad excitandū. Cum hec ergo inuiſibiliter intra nos ac nobiſcū actitari ſentimus: ſoli gratie attribuamus. Ipſa liberū excitat arbitriū cum ſeminat cogitatū: ſanat cū mutat affectū: roborat cum perducit ad actū: ſeruat ne ſentiat defectū. Sic autē iſta cū libero arbitrio operat̄: vt tm̄ in prīo illud preueniat: in ceteris comitetur: ad hoc vtiqꝫ preueniēs / vt iā ſibi deinceps cooperentur. Ita tamen qđ a ſola grā ceptū eſt / pariter ab vtroqꝫ ꝑficitur: vt mixtim nō ſingillati: ſimul nō viciſſim per ſingulos profectus operentur. Nā partim gratia: partim liberū arbitriū: ſed totū ſingula ope indiuiduo pagūt. Totū quidē hoc ⁊ totū illa: ſed vt totū in illo ſic totū ex illa.

Ca. xxiij. De triplici operatione dei. quarū prima creatio eſt. ſcđa formatio. tertia cōſūmatio. In li. vbi ſ.

CReatis/ſanaris/ſaluaris. Quid horū tibi ex te o homo? Nec creare q̄ non eras: nec iuſtificare peccator nec mortu⁹ poteras teipſū reſuſcitare. vt cetera pretermittā bona/ que aut ſanandis neceſſaria ſunt: aut ſaluandis repoſita. Qđ dicimus de primo patet. et de vltimo. Sed et de medio nemo dubitat niſi qui ignorans dei iuſticiam: et ſuā volens cōſtituere/ iuſticie dei nō eſt ſubiectus. Quid enim? Agnoſcis creantis potentiā: ſaluantis gloriā: ⁊ ſanātis ignoras iuſticiā? Quis eſt q̄ ignoret dei iuſticiā? Qui ſeipſū iuſtificat. Qui merita ſibi aliunde p̄ſumit q̄ȝ a gr̄a. Ceterū qui fecit qđ ſaluaret: etiam dat vnde ſaluet. Ipſe inquā merita donat q̄ fecit quibus donaret. Igitur q̄ recte ſapiunt triplicem cōfitētur operationē: nō quidem liberi arbitrij: ſed diuine gratie in ipſo ſiue de ipō. Prima creatio: ſcđa reformatio: tertia eſt cōſūmatio. Primo nāq; in chriſto creati ī libertatē volūtatis: ſcđo reformamur per ipſū in ſpiritum libertatis cum chriſto: deinde conſūmandi in ſtatū eternitatis. Siquidē quod nō erat in illo creari oportuit: qui erat per formam reformari deformem: mēbra nō perfici poſſunt niſi cū capite Cum igitur cōſūmatio fieri habeat de nobis: ſiue etiā in nobis: non autē a nobis creatio facta eſt: ſed ſine nobis. Sola que nobiſcū fit quodāmodo propter conſenſum voluntarium noſtrū in merita nobis cōputabitur reformatio.

## Ca. xxiiij. De intentione et affectione et memoria. In li. vbis.

PEr virtutū exercitia ↄſtat interiorem hoiem noſtrū renouari de die in diē: dum ⁊ intentio terrenis incuruata curis: de imis paulatim ad ſuperna reſurgit: et affectio circa carnis deſideria languens: ſenſim in amorē ſpiritus cōualeſcit: ⁊ memoria veterū operū turpitudine ſordēs nouis boniſq; actib⁹ cādidata in dies hilareſcit. In his nēpe tribus interior renouatio cōſiſtit. rectitudine ſcȝ intentionis: puritate affectionis: recordatiōe bone operationis: per quā bene ſibi conſcia memoria eniteſcit. Uerū etiā hoc cū certū ſit diuino in nobis actitari ſpū dei ſunt munera. Nā vero cū nr̄e volūtatis aſſenſu: nr̄a ſūt merita. Deus ergo auctor ē meriti: q̄ ⁊ volūtatē applicat operi ⁊ op⁹ explicat volūtati. Alioqn ſi ꝓprie appellent̄ ea que dicim⁹ nr̄a merita. ſpei quedā ſūt ſeminaria: caritatis incentiua: occulte predeſtinationis indicia. future felicitatis preſagia. via regni: non cauſa regnādi. Deniq; q̄s iuſtificauit: nō quos iuſtos inuenit: hos ⁊ magnificauit.

## Capi. xxv. De triplici fide. In quibuſdā dictis.

DUm venit dei filius factus eſt hō qui erat deus: tanq̄ȝ bonus medicus dedit precepta: quibus obſeruatis reformaretur ſalus amiſſa. Ut vero preceptis faceret fidē: exhibuit ſigna: vt eorum preceptorū perſuaderet vtilitatem promiſit beatitudinem. Eſt ergo fides alia preceptorum: alia ſignoꝝ alia promiſſorum/ id eſt qua credimus in deum: qua credimus deum: qua credimus deo. Credere autē in deum: eſt in eum ſperare: ⁊ eum diligere. Per fidē ſignorum credimus deū qui talia pōt: et omnia poteſt. Per fidem promiſſorū credimus deo: qui quicquid promitit veraciter complet. ſimiliter quoq; ſpes triplex eſt: ⁊ procedit de predicta triplici fide. Nam de fide preceptorum orit̄ ſpes venie: de fide ſignorū ſpes gratie: de fide promiſſorum ſpes glorie.

## Ca. xxvj. De triplici caritate. In quibuſdam dictis.

CAritas ternario numero colligit̄ de corde puro: et conſcientia bona: ⁊ fide non ficta. Puritatē debemus proximo: conſcientiam nobis: fidē deo. Puritas autē eſt quicquid agitur. aut ad vtilitatem proximi: aut ad honorē fiat dei. Maxime tamē adhibenda eſt proximo: quia deo manifeſti ſum⁹: proximo autem non poſſumus: niſi inquātum illi cor noſtrum aperimus. Conſcientiam bonam faciūt in nobis duo: pe

nitentia et continentia: quando ſcʒ per penitentiam peccata cõmiſſa punimꝰ: et per continentiam deinceps puniẽda non cõmittimus : et hanc debemus nobis. Poſt hec ſupereſt fides non ficta que deo vigilanter exhibẽda eſt : vt nec propter proximum cui nos impendimꝰ offendamus deum:nec propter conſciẽtiam quã per penitentiam et continentiã in humilitate cuſtodire volumꝰ:minus exequamur mandatorum dei obedientiam:et hec eſt fides non ficta. Nõ ficte autem ponitur ad differentiã mortue fidei et ficte. Mortua fides eſt que ſine operibus eſt. Fides ficta q̃ ad tempus credit. et in tempore tentatiõis recedit . Unde etiam ficta id eſt fragilis dicitur. In epiſtola ad henricum ſenonenſẽ epm . que ſuſcepta quidem ex caritate vita: moueri inchoat ad bñ operandum:ſed non perſeuerans deficit et moritur tanq̃ abortiua. Qualis cuiuſq̃ ſit fides:tribulatio probat. Si cuius deficit/ deficit enim cum in caritate nõ perſeuerat:ficta eſſe dinoſcitur. Si cuiꝰ perſeuerat:probata ⁊ perfecta cẽſetur

## ¶ Ca. xxvij. De triplici ſolicitudine in dilectione proximi habenda In quibuſdam dictis.

UT veritatis diſcipulos nos eẽ pbemus: diligamus inuicem. Et in hac dilectione triplici ſolicitudine vigilemus: quia deus caritas eſt:et omnem ſolicitudinem noſtrã illi debemus id eſt vt naſcatur: vt creſcat: vt ſeruetur Naſcitur ſi cibaueris inimicum:ſi potũ dederis ei: q2 hec faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius. Carbones ignis ſunt opera caritatis : que congerũtur ſuper diabolum qui eſt caput omnium iniquorum: vt ablato eo naſcatur eis caput deꝰ qui eſt caritas. Creſcit ſi neceſſitatem patienti ſubueneris: ſi volenti mutuare preſtiteris : ſi amico animum tuum aperueris. Seruatur ſi loquendo vel exhibẽdo etiam que non videntur neceſſaria : amicorũ voluntati ſatiſfeceris. Seruatur etiam et augetur bono vultu . dulci ſermone. hilari operatione : vt caritatem quam vultus et ſermo indicant:pia ⁊ hilaris operatio cõfirmet. Quia exhibitio operis:probatio eſt dilectionis.

## ¶ Capi. xxviij. De triplici vnguento. Super cantica. ſermone. x.

EST vnguẽtum contritionis : delicta multa complectens. Et eſt vnguentum deuotionis multa continens beneficia:eſt et pietatis. Primum pungitiuum dolorem faciens :quia mouet ad compunctionem amara recordatio peccatorum. Secundum temperatiuũ dolorem leniens:diuine bonitatis intuitu conſolationem dante : et ſedante dolorem . Tertium ſanatiuum : etiam morbum expellens . Nunc de ſingulis diſſeramus. Eſt ergo vnguentum quod ſibi anima conficit:multis irretita criminibus. Sed cum incipit cogitare vias ſuas congerat conteratq̃ in mortariolo conſcientie multas ac varias ſpecies peccatorum ſuorum: ⁊ intra eſtuãtis pectoris ollam ſimul om̃ia coquat igne quodam penitentie ⁊ doloris. Ecce hoc eſt vnũ vnguentũ quo aĩa peccatrix ſue cõuerſionis ꝓmordia cõdire debet : plagiſq̃ ſuis recentibus adhibere. Primũ nãq̃ ſacrificiũ deo ſpũs contribulatus. Nec ẽ oĩno ſpernẽda nec vilis eſtimanda huiuſcemodi ſpecies vnguenti: cuiꝰ odor angelos ad exultationem inuitat. Sed eſt vnguentum tanto iſto ꝑfecto ꝓcioſius: q̃nto de melioribꝰ cõpoſitũ ſpeciebus. Fit enim vnguẽtũ illud de diuinis collatis humano generi bñficijs. Felix q̃ ipſa ſibi ſtudioſe colligere:et ante mentis ſue oculos digna cũ gratiarꝫ actiõe reducere curat. Profecto cũ fuerint in vaſculo pectoris/piſtillo crebre meditationis cõtuſa atq̃ contrita:deniq̃ igne ſancti deſiderij ſimul decocta omnia. et demum impinguata oleo leticie/erit vnctio lõge precioſior excellẽtiorq̃ priore. Super cantica. ſermone. xij. Sed eſt vnguentum qđ amboꝰ lõge ãtecellit : ⁊ hoc appellauerī pietatis: eo q̃ fiat de neceſſitatibꝰ pauperꝫ:de ãxietatibꝰ oppreſſorꝫ:de

perturbationibus triſtiū: de culpis de
linquentiū. et poſtremo de oībus quo=
rumlibet miſerorū erūnis: etiā ſi fuerit
inimici. Deſpicabiles videnᵗ ſpēs iſte.
Sed eſt ſup oīa aromata vnguentū qḋ
ex eis cōficitur. Sanatiuū eſt beati mi
ſericordes: qm̄ ipſi miam cōſequentur
Igitur multe miſerie collecte atq̧ ocu=
lo pietatis inſpecte: ipe ſunt ſpecies ex
quibus vnguenta optima cōponuntur

## ¶Ca. xxix. De triplici modo confeſſionis. Sup cantica. ſer. xvi.

OMne quod remordet conſcientiā
cōfitere humiliter: pure: fideliter
Nonnunq̧ audim⁹ aliquos reminiſci
ac iactitare ipudētiſſime mala ſua pre
terita: q̄ (verbigratia) aliq̄n vel fortiter
gladiatorio vel argute litteratorio geſ=
ſere ꝯflictu: ſeu aliḋ qḋ ſm mūdi quidē
vanitatē fauorabile: ſcḋm aīe vero ſa=
lutem nociuū: pnicioſū / dānoſum. Non
nulli talia rememorāt quaſi dolendo ⁊
penitendo: ſed gloriā in itentiōe captā
tes cōmiſſa ſua non diluūt: ſed ſeipſos
illudūt. Nam deus nō irridetᵗ: nec ꝓdi
tur aut ꝓ̄icitur vetus fermentū illa cō
feſſione: ſed ſtatuitᵗ. Sed eſt cōfeſſio eo
periculoſius noxia quo ſubtilius vana
cum ipſa etiā iuhoneſta ⁊ turpia dete=
gere de nobis nō veremur / nō q̄r humi=
les ſumus: ſed vt eſſe putemur. Appete
re aūt de humilitate laudē / humilitat⁊
non eſt virtus: ſed ſubuerſio. Uerus hu=
milis vult vilis reputari: non humilis
predicari. Gaudet contēptu ſui: hoc ſo
lo ſane ſupbus q̄ laudes cōtēnit. Quid
peruerſius: quid ve indigni⁹: vt humili
tatis cuſtos cōfeſſio ſupbie militet: ⁊ in
velis videri melior / vnde videris deteri
or? Mirabile iactātie genus: vt nō poſ
ſis putari ſāctus / ſi nō appareas ſcele=
ratus. Ac talis cōfeſſio ſpeciē habens
humilitatis nō virtutē: nō ſolū veniam
non meretᵗ: ſed ⁊ ꝓuocat iram. Ecce cur
humilem cōfeſſionem eſſe debere dixi.
Oportet aūt eſſe ⁊ ſimplicē. Non inten
tionem forte q̄r latꝫ hoīes: excuſare de
lectet ſi ſit rea: nec leuigare culpā que
grauis eſt: nec alieno adūbrare ſuaſu /
cum inuitum nemo coegerit. Primum
illud nō confeſſio eſt: ſed defenſio. non
placatᵗ: ſed ꝓuocat. Sequēs mōſtrat in
gratitudinē: ⁊ quo minus reputatᵗ cul=
pa / eo minuitur gloria idulcoris. Sed
enim minus libenter beneficiū datᵗ: qḋ
minus grate minus ve neceſſarie ꝓue=
nire ſentitur. Ueniā ſibi ꝓinde abiudi=
cat: qui mun⁹ largitoris attenuat: qḋ
quidem oīs facit qui reatū ſuū verbis
alleuiare conatur. Genus excuſationis
eſt cū argueris tu aliū incuſare. Porro
excuſare te velle quādo corriperis: non
modo minime fructuoſū: ſed ⁊ pnitioſū
Merito quidē. In aīam ſuā peccat q̄ ſe
excuſat: repellens ꝓinde a ſe indulgen
tie medicinā / ⁊ ſic vitā ore ꝓprio ſibi in
tercludēs. Et q̄nā maior malicia q̄ ꝓ=
priam armari in ſalutē: et lingue tue te
metipm mucrone cōfodere? Sit autē ⁊
fidelis cōfeſſio vt ꝯfitearis in ſpe: de in
dulgentia penitus nō diffidens / ne tuo
te ore non tā iuſtifices q̄ condemnes.

## ¶Ca. xxx. De triplici ſapientia cordis: oris: ⁊ operis. In quibuſdā ſententijs.

SApientia cordis eſt in penitudine
peccatoꝝ preteritoꝝ: in cōtēptu
preſentiū ꝯmodoꝝ: in deſiderio futuro
rum p̄mioꝝ. Inueniſti plane ſapientiā
ſi prioris vite peccata defleas: ſi huiꝰ
ſeculi deſideria paruipēdas: ſi eternā
beatitudinē toto deſiderio cōcupiſcas
Inueniſti ſapientiā ſi tibi horū ſingula
ſapiunt ꝓut ſunt. Ut hec quidē amara
et oīno fugienda: iſta quoq̧ velut cadu
ca et trāſitoria contēnenda. illa vero vt
perfecta bona totis appetenda deſide
rijs: intimi quodā animi ſapore dijudi
ces ⁊ diſcernas. Sane in his trib⁹ ore
affluis ſapiētia vel prudētia: ſi ſit i ore
confeſſio ꝓprie iniq̄tatis: ſit gratiarum
actio ⁊ vox laudis: ſit etiā ſermo edifi=
cationis. Nimirū corde creditᵗ ad iuſti
ciam: ore autē confeſſio fit ad ſalutem.
Atq̧ in principio quidē ſermonis iuſt⁹
accuſator eſt ſui: nā in medio magnifi=
care deū: i tertio quoq̧ ſi eaten⁹ afflu=
it ſapientia edificare ꝓximū debet. Iā

vero et in opere affluendũ eſt ſapiẽtia
ꝛ maxime. Queramus ergo in opere tri
plicem affluẽtiã. Itaqꝫ puto ego ꝙ ad
opus ꝑtinet copioſe ſatis affluere ſapi
entia quicũqꝫ cõtinenter: patienter/ et
obedienter conuerſaꝛ. Tantũ vt fidelis
obedientia ꝓpriã mortificet volũtatẽ:
humilis cõtinentia ſecularẽ pariter et
carnalem amputet voluptatẽ: hilaris
patientia vtraqꝫ ſimiliter et corporalẽ
ſcilicet ꝛ mundialem viriliter ſuſtineat
aduerſitatem.

¶ Ca.xxxi. De triplici modo
reuertẽdi ad dñm. In q̃buſdã ſentẽtijs

QUi vult venire poſt me: per me ad
me. Poſt me: q꞉ veritas ſũ. per me
quia via ſuꝫ. ad me: q꞉ vita ſũ. Qui vult
venire poſt me abneget ſemetipm̃ ꝛ tol
lat crucẽ ſuã: ꝛ ſequaꝛ me. Tria propo
ſuit criſtus: dei virtus et dei ſapientia.
angelus magni cõſilij: aie rationali ad
imaginẽ trinitatis facte. ſcilꝫ ſeruitutẽ
vilitatem: aſperitatẽ. In abnegatione
ſui ſeruitus: in tollitione crucis vilitas
in imitatione criſti deſignaꝛ aſperitas
Ut q̃ per inobedientiã de ſtatu trine fe=
licitatis ceciderat: humiliata afflictio
ne trine miſerie per obediẽtiã reſurgat.
Ceciderat igitur a ſe/ a ſocietate ange=
lorum: a viſione dei. id eſt a libertate: a
dignitate: a beatitudine. Audiat ergo
conſiliũ: vt abnegãdo ſeipm̃. i. propriã
voluntatẽ ſui libertatẽ recuperet. Tol
lendo crucem ſuã. i. carnẽ ſuã cũ vitijs
ꝛ cõcupiſcentijs crucifigẽdo: ꝑ cõtinen=
tie bonũ recuperet ſocietatẽ angelorũ.
Sequẽdo criſtũ. i. eius paſſionẽ imitan
do: recuperet claritatis eius viſionem:
quia ſi cõpatimur ꝛ cõregnabimus.

¶ Ca.xxxij. De ſobrietate: iu=
ſticia: ꝛ pietate. In q̃buſdã ſententijs

EBrietas exterior voluptatũ effu=
ſio: interior curioſitatũ occupatio
Econtra ſobrietas exterior voluptatũ
refrenatio: interior curioſitatũ excluſio
Ita viuit hõ ſobrie quantũ ad ſeipſum
iuſte quantũ ad ꝓximũ: cui exhibet qđ
iuſtum eſt. Juſticia eſt in duob⁹ modis
in innocentia: et in beneficẽtia. Inno=
centia iuſticiam inchoat: beneficentia
conſũmat. Pie quantũ ad deũ. Pietas
eſt in duobus vt de nobis nõ preſuma=
mus: ſed in deo ꝑfecte cõfidamus: vt ꝑ
eum oia impedimẽta mundi vincam⁹.

¶ Ca.xxxiij. De timore: ſpe: ꝛ
caritate. In quibuſdam dictis.

UIri ſanguinũ ꝛ doloſi nõ dimidia
bunt dies ſuos: perſeuerantes in
ſua vetuſtate vſqꝫ ad mortẽ: ꝛ hoc quia
non timent dñm. Uerũ qui timore dei
initiatur ad ſapientiã: is cõtinuo dimi
diat dies ſuos: exclamãs ꝑ timore va=
dam ad portas inferi. Cuius vtiqꝫ iferi
metu cũ ceperit quieſcere a malis: inci
piat de bonis querere cõſolationẽ: qua
neceſſe eſt in alterutro cõſolari. Eſt aũt
bona cõſolatio de ſpe ſalutis eterne in
qua tranſlatis peccatis q̃ ſe parabant
inter ipm̃ ꝛ deũ: ꝑ dei gratiã reuiuiſcit ꝛ
hilareſcit. In quo cũ ceperit ꝓficere q꞉
qui vult pie viuere in criſto: neceſſe ẽ te=
ſte ſcriptura ꝑſecutionẽ patiatur. vt re
cens gaudiũ vertatur in merorẽ: ꝛ dul=
cedo boni vix ſũmis (vt ita dicã) labijs
attacta in amaritudinẽ cõmuteꝛ. Plo=
rat ergo amarius amiſſã dulcedinem:
q̃ꝫ prius fleuerat admiſſam peccato=
rum amaritudinẽ. ꝛ hoc tãdiu facit: do
nec deo miſerãte conſolatio redit. Qua
denuo redeũte: cognoſcit eã quã paſſus
eſt tentationẽ probationẽ fuiſſe: nõ de=
ſolationẽ. Porro ꝓbationem fuiſſe ad
eruditionem: nõ ad deſtructionẽ. Unde
et cognito ſuo de tentatiõe ꝓfectu: non
tantũ refugit: ſed etiã tentari appetit.
Crebris itaqꝫ huiuſcemodi viciſſitudi=
nibus inter gratie viſitationẽ ꝛ tentatio
nis ꝓbationẽ: in ſcola virtutũ ꝓficiens
faciente vtiqꝫ viſitatione ne deficiat: tẽ
tatione ne ſupbiat. Tali tandẽ exerci=
tio mundato oculo interiori: ſtati adeſt
lux cui fideliter inhęrere cupiẽs . ſꝫ cor=
pore preſſus nõ preualens: ad ſeipſum
nolens dolenſqꝫ reſilit. Guſtato tñ aliq̃
tenus q̃ꝫ dulcis eſt dñs: eius ad ſua eti
am cũ redierit in cordis palato ſaporẽ
retinet. quo fit vt iam ipm̃ nõ ipſius q̃=
cunqꝫ bona deſideret: et hec eſt caritas

non quereñs q̄ ſua ſūt. Hec facit nō querentē ſua: ſed patrē diligētem. Timor quippe faceret ſeruū ſua incōmoda declinantē: ſpes mercenariū vt ſua lucra ſectantē. Nō reuelat̃ ſeruo veritas: q̄ ſeru⁹ neſcit q̄d faciat dn̄s ei⁹. Sed nec mercenari⁹ rapit̃ ad cōtemplandā veritatē: q̄ ꝓpriā q̄rit vtilitatē. Filio aūt pater notā faciet veritatē ſuā. Reuelat̃ itaqȝ ſeruo dei poteſtas: mercenario felicitas: filio aūt veritas. Non ꝙ in deo iſta diſcreta ſint: cui idē eſt poſſe ꝙ felicem ⁊ veracē eſſe: ſed ꝙ a creatura creator pro diuerſis eiuſdē creature affectibus diuerſis ſentiatur reſpectibus

## ¶ Ca. xxxiiij. De triplici vigilia operū verborū ⁊ cordis. In q̄buſdā ſen.

Vigilem⁹ ſup opera noſtra: ne vel omittamus q̄d ꝓceptū eſt: vel q̄d eſt ꝓhibitū cōmittamus. Vigilem⁹ etiā ſup verba noſtra: ne in eis vel offendere deū: vel proximū nocere cōtingat. Felix ſiquidē quē in omi cōfabulatiōe duplex iſte timor ſolicitat: et duorū cōſideratio ſtimulat auditorū. Primū quidē diuine maieſtatis: in cui⁹ manus incidere ꝓrſus horrendū eſt. Dehinc fraterne infirmitatis cui nihilomin⁹ ꝓfacile eſt offendiculū dare. Eſt autē vigilia ſuper cor cui ſane oēm iam cuſtodiā exhibere ſapiens monet: nimirū quia ex ipſo vita ꝓcedit. Ego tñ etiā hāc cōſtare arbitror ſpecialiter in duobus: vt videlicet ſuper affectionum pariter et cogitationum ſuarū greges / mēs ſolicita vigilanter intendat. Et bene huic dat̃ omis cuſtodia: a quo ceteras q̄ʒ duas procedere conſtat. niſi forte quod abſit ſimulationis gerantur ſtudio: et pietatis habeant ſpeciem nō virtutē. Sicut eñ fontis vena ſcaturiens niſi fōtes añ repleuerit adiacentes: nec refluere non ſedari: nec in altū ſeſe tollere preualebit quod videlicet alias occupetur. Sic humanus animus donec eas quas ꝓdiximus manus et lingue cuſtodias ſolerter impleat: nec ad perfectam hanc ſuſpſius poterit reflecti curam. nec iocunda deuotionis tranquillitate frui: nec in ſublimē diuine cōtemplatiōis ꝓficere gradum.

## ¶ Ca. xxxv. De iuſticia pace ⁊ gaudio ſpirituali. in quibuſdā ſentētijs.

Exhibent angeli iuſticiam deo: pacem nobis: gaudium ſibi. Sic et tu o homo noli prius rapere quod tuū eſt: et iuſticiam quam deo debes: et pacem quam proximo debes contemnere Juſticia virtus eſt: qua reddit̃ vnicuiqȝ quod ſuum eſt. Tu non ſolum iuſticiā: ſed multas et multiplices iuſticias debes creatori. Quicquid es quicq̄d potes / debes creanti: redimenti vocanti. Sed cum iuſticiam feceris: fac et pacē Quamdiu enim ſumus in hoc vaſe teſteo et fragilitate cōplexionis humane nō poſſum⁹ inueniri ſcādalorū ꝓrſus immunes. Si igitur recordatus fueris ꝙ frater tuus habet aliquid aduerſum te: ſis humilis ad veniam petendam. Si tu habes aduerſus illū: ſis facilis ad dandam: et omnia membra erunt in pace. Sic enim ad duo iſta caritatē et humilitatem paratiſſimi: non poterimus diſſentionem ſentire. Sic eñ ꝓcedentibus erit gaudium in ſpiritu ſancto. Non quidem gaudium carnale: nō gaudium ſeculare: non cuius extrema luctus occupat: ſed in quod magis triſticia vertitur. Non deniqȝ gaudiū eorum qui letantur cum malefecerint: et exultatio que in rebus peſſimis eſt: ſed gaudium in ſpiritu ſancto. Unde autē hoc gaudium niſi de iuſticia et pace ꝓcedit? Erit quando gaudium noſtrum purum erit et plenum: vt non modo in ſpiritu ſʒ de ipſo quoqȝ ſpū gaudeam⁹.

## ¶ Ca. xxxvj. De tribus tranſeuntibus per hoc ſeculum. In ſermone ad abbates.

Hoc mare magnū in quo vtiqȝ certum eſt / non aliud q̄ꝫ preſens ſeculum amarum intelligi: tribus hominū generibus ſuo cuiqȝ modo periuū eſt: vt tranſeant liberati. Tres enim ſunt noe: daniel: ⁊ iob. quorū primus naui: nam ſecundus ponte: tertius vado tranſit. Porro tres homies: tres ordines eccle-

ſic ſignant. Noe quidem arcā rexit ne
periret diluuio: vbi ꝓtinus agnoſco for
mā rectoꝝ. Daniel vir deſiderioꝝ ab-
ſtinētie ⁊ caſtimonie deditus: ipſe eſt ſo
li deo vacās penitentiū ⁊ cōtinentiū or-
do. Job quoqꝫ ſubſtantiā huius mūdi
bene diſpenſans: in coniugio fidelē deſi
gnat populū terrena licite poſſidētem.
Cōiugatoꝝ ordo eſt q̄ mare magnū va-
do ꝑtrāſit: laborioſū prorſus ⁊ pericu-
loſū: etiā et longū habens iter: q̄ppe q̄
nulla vie cōpendia captat. Nā ꝙ peri-
culoſū ſit iter in eo patet: ꝙ tāmultos
in eo perire dolemus: tāpaucos videmꝰ
ꝑtranſire. Ualde eni difficile eſt p̄ſertim
diebus iſtis q̄bus malicia nimis inua-
luit: inter vndas huius ſeculi voraginē
vicioꝝ: et criminaliū peccatoꝝ foue-
as declinare. At continentiū quidē or-
do ponte pertrāſit: qđ iter breuius ⁊ fa
cilius: ⁊ etiā ſecuriꝰ eſſe nemo q̄ neſciat.
Porro prelati quidē ipſi ſūt: qui deſcē-
dunt mare in nauibus: facientes ope-
rationē in aquis multis. Neqꝫ eni cer-
ta pontis aliqua ſeu vadi ſemita coar-
tantur vt libere poſſint vſquequaqꝫ di-
ſcurrere ⁊ occurrere ſingulis: vt oportꝫ
ac dirigere pontis ſemitā/ ſeu vadi or-
dinare gradiētes/ pericula inueſtigare
ac declinare: excitare tepidos: puſilla-
nimes ſuſtentare. Deniqꝫ aſcendūt vſ-
qꝫ ad celos: et deſcendunt vſqꝫ ad infe-
ros: nunc quidem tractātes ſublimia:
nunc infernalia ⁊ horribilia facta diju-
dicantes.

## ¶ Ca. xxxvij. De tribus que neceſſaria ſunt prelato. In ſermone. Unde ſupra.

PUritatē cordis in eo prelatus ha
bet: ſi ꝓdeſſe magis deſiderat q̄ꝫ
preeſſe: ſi propriū cōmodū vel honorꝫ
ſeu aliud quippiā ſuū in prelatione nō
querat p̄ter ſolū bn̄placitū dei: ⁊ aiarū
ſalutē. Sed cū intentiōe pura irrep̄hen
ſibilis quoqꝫ neceſſaria eſt cōuerſatio:
vt forma factꝰ gregis: incipiat facere ⁊
docere: et ſcđm magiſtri noſtri regulā/
quecūqꝫ docuerit diſcipulis eſſe cōtra-
ria/ hec in ſuis actibꝰ indicet non agen
da: ne forte ſubmurmurare poſſit fra-
ter quē arguit et dicere. Medice cura
teipſum. Talis enim occaſio plurima
damnatio prelati: plurima ſubditoruꝫ
perditio eſt. Non ꝙ ſine peccato peni-
tus eſſe poſſit in hac miſera vita: ſed ꝙ
ea que arguit in diſcipulis: oportet ſū-
mopere vitare magiſtrū. Ob hoc qua-
lis eſt in ꝯuerſatiōe: talis ſit neceſſe eſt
etiam in occulta cogitatione: ne videlꝫ
foris humilis: intus elatꝰ in corde ſuo
preſumens de ſapientia ſeu virtute aut
ſanctitate ſua que eſt ſine dubio fides
ficta: que non ſicut oſtendit humilitas
conuerſationis in ſola domini pietate
confidit.

## ¶ Ca. xxxviij. De triplici mō ſubiectionis. In quibſdā ſententijs.

SCio quidem creaturā omnē velit
nolit ſubiectam eſſe creatori. Sed
a creatura rationali voluntaria ſubie-
ctio queritur: vt voluntarie ſacrificet
domino. At vero ſubiectionē iſtam tri-
plicem eſſe neceſſe eſt: vt quod certum
eſt deum velle: id nos velimus omino:
et quod certum eſt eum nolle ſimiliter
execremur et nos. Quod autem incertū
eſt vtrum velit an nolit: neqꝫ velimus
ex toto: neqꝫ penitus non velimus. Hic
certe in hoc medio totum periculuꝫ eſt
religioſorum: dum infeliciter blandi-
mur nobis ⁊ palpātes ſeducimus noſ-
metipſos. Hinc accidit ꝙ diſſimulemꝰ
domini querere voluntatem: dum ⁊ no
ſtram facere: et aliquam de ignorantia
habere volumus excuſationem. Quis
enim ille eſt tam infelix monachus qui
id nolle audeat: qđ certus eſt deū velle
aut quod certus deū nolle id velle pre
ſumat? Sed in medio periculū eſt. Pro
pterea vbi certa eſt voluntas dei: omni-
no noſtra ſequatur. In his videlicet de
quibꝰ certum aliquod in ſcripturis in-
uenimus: aut ipe ſpiritus manifeſte cla
mat in cordibus noſtris quid ſentien-
dum ſit: vt eſt caritas: humilitas: caſti
tas: obedientia. Hec approbemꝰ indu
bitanter ⁊ appetamus que placere deo
ſcimꝰ indubitāter: ſic ⁊ ea omnimodis

odiſſe debemus: de quibus certū eſt ꝙ oderit ea deus. vt eſt apoſtaſia/fornicatio/iniquitas/impatientiā. In his vero rebus de quibus certū nihil poſſumus inuenire: nihil certū volūtas noſtra diffiniat. pendeat inter vtrūq: aut ſaltem neutri parti nimis adhereat: cogitans ſemper ne forte pars altera magis placeat deo. et parati ſim⁹ voluntatē eius ſequi in quancunq partem eā cognouerimus inclinari.

## ¶Ca. xxxix. De tribus metis obedientie. In lib. de precep. ꝛ diſpen.

MOdus obeditionis eſt tenor profeſſionis: nec ſe valet extēdere poteſtas imperātis: niſi quantū attigerit votum ꝓfitentis. Citra ꝛ vltra necnon etiam cōtra quidā obedientie limites ſunt. Quāobrem quiſq ꝓfeſſus i quouis genere ſalutifere vite: nec vltra obedientie legem cogendus. nec citra eſt inhibendus: q̄ ſua ipſius videtur amplecti ꝓfeſſio. Quāto minus cōtra. Is ergo qui medius eſt vite modus ꝓfixus voto: profeſſione firmatus. ſolus ſine dubio legi erit ſubiectus: obnoxi⁹ iuſſioni. Ergo p̄lati iuſſio vel prohibitio: non pretereat terminos ꝓfeſſionis. Nec vltra extendi: nec contrahi citra. Nil me prelatus ꝓhibeat horū que ꝓmiſi: nec plus exigat q̄ ꝓmiſi. Uota mea nō augeat ſine mea volūtate: nec minuat ſine certa neceſſitate. Neceſſitas q̄ppe non habet legem: ꝛ ob hoc excuſat diſpenſationem. Uoluntas vero q̄m ſola meretur retributionē: etiam ſola non immerito gradū altiorē vſurpat. Alioqui et abſq neceſſitate remiſſio voti nō diſpenſatio: ſed p̄uaricatio eſt. ꝛ reſtrictio contra voluntatē: murmur eſt/non ꝓfectus. Ceterum ſubiectus huiuſcemodi obedientiā que voti finibus cohibetur nouerit imperfectā. Nā perfecta obedientia legem neſcit: termino nō artatur. neq contenta anguſtijs ꝓfeſſionis largiori volūtate fertur in latitudinē caritatis. et ad omē quod iniūgitur ſpōtanea: vigore liberalis: alacriſq animi: modum non conſiderās: in infinitā libertatem extenditur. Et ſane quidam obedientie limes ſcḋm tēpus ipa tēporis eternitas: vt is ſit terminus obediētie qui ꝛ vite.

## ¶Ca. xl. De tribus gradibus obedientie. Ubi ſupra.

BOnus quidē obedientie gradus eſt ſi ꝓpter metū gehenne ſeu propter ſanctā profeſſionē quā profeſſus ē quiſpiā obedierit: melioꝛ tn̄ cum ex dei amore obeditur. Illa quippe obedientia neceſſitatis eſt: iſta caritatis. Illuꝫ autem dixerim obedientie gradū optimum: cū eo animo opus iniunctū recipitur quo ꝛ p̄cipitur. Cū enim ex volūtate iubentis pendet intentio exequentis: fit vt nec maius minorib⁹ nec min⁹ maioribus ꝯfuſe vt aſſolet adimpletū quod iniūgitur ſubiecti ſtudiū impendatur. ſed moderāte animo queque ꝓ ſua dignitate iperia: modū ſciat vtrobiq ſeruare: tā in obſeruādo videlicet iuſſa q̄ in cauēdo ꝓhibita. nō ꝙ minimum horū que iubent̄: contēnendū putet: etſi nō minimū quod minimū eſt reputet: ſꝫ minimū ex ꝯparatiōe maioꝝ. Nouit verus hūiliſq obediens ꝛ minima nō contēnere: ꝛ maxime curare que maxima ſunt. intimo quodā deuoti ſinceriq animi ſapore diſcernens quib⁹ de mādatis ei qui p̄eſt: ſuis quodāmodo factis reſpondeat

## ¶Ca. xli. De triplici mō culpe que contrahitur in tranſgreſſione. In libro. Ubi ſupra.

TRaduntur a prelatis interdū minima mādata: quoꝝ tranſgreſſio leuiora parit peccata. et tn̄ in deū nihilominus p̄uaricatio fit quotiēs abbatis iuſſio q̄ quidē iuſticie nō repugnat preteritur. Sicut tn̄ non par cura in executione exigitur: ſic nec par culpa contrahitur ex trāſgreſſione. Et ſiquidem vnus eſt qui offendit: non tn̄ vnius ponderis q̄ iubentur: nec vnius ſubinde diſcriminis iuſſoꝝ oim cenſenda eſt tranſgreſſio. Etſi eni ois inobedientia inexcuſabiliter ſit culpabilis: nulla tn̄ eternaliter dānabilis. niſi quā remedium

penitentie non ſanat: nulla eſt letaliter
criminalis/niſi que contemptū ſuꝑbie
non euitat. Magna igitur ſecuritas fi=
lijs obediētie: ⁊ reuera pax hoībus bo=
neuoluntatis/qn̄ in omni inobedientia
ſola dānatur impenitētia quā neſcit q̄
diligit deū. ſola incriminatur ſuperbia
quam facile cauet: qui timet gehennā.
Sed exemplis clarius eluceſcit quod
dicimus. Si iubēte ſeniore vt ſileā: ver=
bum mihi forte per obliuionē elabitur
reum me fateor inobediētie: ſed venia=
liter. Si ex contemptu ſciens ⁊ delibe=
rans ſponte in verba prorupero ⁊ rupe
ro ſilentiū: ſilentij legis preuaricatorē
me cōſtituo ⁊ criminaliter. Et ſi impe=
nitens perſeuero vſqꝫ ad mortē: pecca=
ui et damnabiliter.

## ¶ Ca. xlij. De triplici conſide ratione: qua omne opus preueniri de= bet. In libro tertio de conſide.

Spiritualis ille homo qui oīa diju
dicat: vt ipſe a nemine iudicetur/
omne opus ſuū trina quadā conſidera
tione ꝑueniet. Primū quidē an liceat:
deinde an deceat/poſtremo an expedi=
at. Nam etſi conſtet in criſtiana vtiqꝫ
phīa non decere: niſi quod liceat. non
expedire: niſi quod decet ⁊ licet. nō con
tinuo tn̄ oīne qd licet decere: aut expe
dire conſequēs erit. At quomodo nō in
decens volūtate pro lege vti: poteſtatē
exercere: negligere rationē? Quanqꝫ nō
minus deiecti qꝫ elati animi eſt: veluti
rationis expertē. nō pro ratione: ſed ꝑ
libitu agere. nec iudicio agi: ſed appe=
titu.

## ¶ Ca. xliij. De triplici teſti= monio: alterius/noſtri/et dei. In q̄buſ= dam ſententijs.

Nemo ſcit hoīm que ſunt in homie
niſi ſpiritus hoīs qui i ipſo eſt: vt
comparatione interioris teſtimonij ex=
terius oīno ꝑ nihilo ſit habendū. Quid
enim mihi cum eoꝝ laudibus: quibus
ignotus ſum? Qꝫ ſi vel ip̄e qui in homie
eſt ſpiritus: oīa que hominis ſunt noſſe
poſſet/ꝑfecto ſufficeret teſtimoniū ei⁹.
Nunc autem prauū eſt ⁊ imperſcruta=
bile cor hominis: etiam ſibijpſi. adeo vt
preſentia quoqꝫ magna ex parte igno=
ret: futura vero ſua oīno noſſe nō poſſit.
Quia tn̄ aliquatenus nouit preſentia/
ſi non reprehendat nos: nō quidē glori
am/ſed fiduciā habemus ad deū. Cū
autem veritatis ipſius quā nihil latet:
ſententiam de nobis tenere meruimus
in ea plane ſecurius poterim⁹ gloriari.
Ut quid enim de alterius hoīs/aut de
meoipſius iudicio ſolicitus ſum: cuius
nec vituperio reprobus/nec laude pro=
batus inueniar? Fratres ſi me ante ve=
ſtrū oporteret tribunal aſtare: merito
ſuper veſtris laudibus gloriarer. Qꝫ ſi
vel meoipſius iudicio eſſem iudicand⁹
examine: iure meoipſius teſtimonio cō
tentus proprijs laudibus delectarer.
Nūc autem nec veſtro nec meo: ſed dei
iudicio ſum preſentādus. Quāte inſipi
entie imo ⁊ inſanie eſt/aut i veſtro me/
aut in meoipſius teſtimonio gloriari:
preſertim cū ip̄e ſit cuius oculis oīa
nuda et aperta/⁊ cui nequaqꝫ opus ſit
vt quis ei teſtimoniū ꝑhibeat de hoīe?

## ¶ Ca. xliiij. De triplici diſtin= ctione ſapiētie. In quibuſdam ſenten.

Dicitur ſapiētia carnis que inimi=
ca eſt deo: et ſapientia huius mū
di ſtulticia apud deum. Utraqꝫ iſta ſm̄
Jacobum apoſtolū terrena eſt: anima=
lis dyabolica. Scdm̄ hanc ſapientiam
dicuntur ſapientes vt faciant mala: bn̄
autē neſciunt facere. Nulla tn̄ ſapien=
tia ſiue carnis ſiue mundi edificat: imo
deſtruit quācunqꝫ domum inhabitat.
Eſt ergo alia ſapiētia q̄ deſurſū eſt: pri=
mum quidem pudica/deinde pacifica
In primo ſermone de natiuitate domini.
Nam ſapientia carnis voluptuoſa eſt:
non pudica. Sapiētia mūdi tumultuo
ſa eſt: non pacifica. Sapiētia vero que
ex deo eſt: primū quidē pudica eſt. non
querens que ſua ſunt: ſed que ieſu chri
ſti. vt non ſuam quiſqꝫ faciat volunta=
tem: ſed conſideret que ſit volūtas dei.
deinde pacifica non abundans in ſen=
ſu ſuo: ſed alieno magis acquieſcēs cō
ſilio vel iudicio.

¶ Ca. xlv. De triplici gn̄e paupertatis. In ſermone de omnibꝰ ſanctis de lectione euangelica.

Veritas loquitur que nec falli nec fallere poteſt: ⁊ ipſa eſt que dicit: beati pauperes ſpū. Sic vos inſenſati filij. Adam diuitias queritis: diuitias deſideratis vſq; adhuc: cū iam beatitudo pauperū diuinitꝰ cōmendata predicata mūdo: credita ſit ab hominibꝰ. Querat eas paganus q̄ ſine deo viuit: querat indeꝰ qui terrenas ꝓmiſſiones accepit. Sed qua fronte: magis autem qua mēte xp̄ianus diuitias q̄rit: poſtq̄ xp̄us beatos eſſe pauperes ꝑdicauit? Quouſq; filij alieni: quouſq; vanitatē loquetur os veſtrū: vt beatū dicat populū cui hec ſunt hec viſibilia. hec pn̄tia cū filiꝰ dei os ſuū aperiens locutus ſit veritatē: beatos eſſe pauperes ⁊ ve diuitibus? Sed diligēter attende ꝙ nō ſimpliciter paupes nominat ꝓpter plebeios paupes neceſſitate miſerabili: nō laudabili voluntate. Spero eq̄dē profuturā eis apud diuine bonitatis miſericordiā: hanc ipſam ſue afflictiōis miſeriam. Scio tamen dominū nō de huiuſmodi fuiſſe locutum: ſed de his qui poſſunt dicere cum ꝓpheta: voluntarie ſacrificabo tibi. Attamen non volūtaria quidē paupertas omnis: laudem habet apud deum. Nam et ph̄i omnia ſua reliquiſſe legūtur: vt expediti mūdialibus curis: ſtudio vanitatis poſſent vacare liberiꝰ. Et nolebāt cenſu abundare terreno: vt abundarēt magis ſuo ſēſu. Hos diſcernit qđ dictū eſt ſpū: id eſt ſpūali volūtate. Beati vero pauperes ſpū: ſpūali ſcȝ intētiōe: deſiderio ſpūali: ꝓpter ſolū bn̄placitū dei ⁊ aiaꝝ ſalutē: qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Sȝ q̄s eſt q̄ ſic loquit̄: q̄ ſic beatificat paupes et ſic dicat? Putas poterit verum eſſe? Erit ſine dubio. Siquidem verax ⁊ potens eſt qui promittit.

¶ Ca. xlvi. De triplici modo viuendi in congregatione. In ſermone de apoſtolis Petro et Paulo: qui ſic incipit. Glorioſa nobis.

Arbitror ꝙ tu q̄ in ꝯgregatione es bene viuis: ſi viuis ordinabiliter ſocialiter: ⁊ humiliter. Ordinabiliter tibi: ſocialiter proximo: hūiliter deo. Ordinabiliter vt in omni cōuerſatiōe tua ſolicitꝰ ſis obſeruare vias tuas: ⁊ in cōſpectu dn̄i: ⁊ in cōſpectu ꝓximi: cauens et tibi a peccato: ⁊ illi a ſcandalo. Socialiter vt ſtudeas et amari et amare: blandū te ⁊ affabilē exhibere: ſupportare non ſolū patienter: ſed ⁊ libēter infirmitates fratrū tuoꝝ: tam morum q̄ corpoꝝ. Humiliter vt cū hec omnia feceris: ſpiritū vanitatis ſtudeas exufflare: qui ex huiuſmodi naſci ſolet: ⁊ quātumcunq; illū ſenſeris: negare omnino conſenſum. Sic et in patiendo malū: et qm̄ triplex eſt: triplicē prouidentiā adhibere te oportet. Eſt enim qđ a te pateris: qđ a ꝓximo: qđ a deo. Primū eſt auſteritas penitētie. ſcđm vexatio aliene malicie. tertiū flagellū correctionis diuine. In eo qđ a te pateris debes voluntarie ſacrificare: qđ a ꝓximo patienter ferre: quod a deo ſine murmure ⁊ cū gratiarum actione ſuſtinere.

¶ Ca. xlvij. De tribus que neceſſaria ſunt ad parandū domū dn̄i. In ſermone de dedicatione qui ſic incipit. Olim rex glorioſus.

Non capit deū niſi imago ſua. Anima capax illius eſt: que nimirum ad eius imaginem eſt creata. Propter qđ toto cū deſiderio et digna gratiarū actione ſtudeamus ei templū edificare in nobis. Primo quidem loco ſtudeat vnuſq̄ſq; ne diſſideat ipſe a ſemetipſo: quoniā nō intrabit chriſtus vbi fuerint parietes inclinati et macerie depulſe. Nōne enim corporis ſui domū integrā anima vult habere: et exire illā neceſſe eſt ſi fuerint a ſeinuicē membra diſperſa? Uideat ergo et ipſa ſi deſiderat habitare chriſtū per fidem in corde ſuo: id eſt in ſeipſa ſolicite caueat ne a ſeinuicem membra eius diſſideant: id eſt ratio volūtas atq; memoria. Sit ergo ſine errore ratio: vt bene congruat voluntati: talem enim voluntas amat. Sit ⁊

voluntas ſine iniquitate: quoniã ratio talem approbat. Alioquin ſi ſeſe iudicat anima propter voluntatis prauitatem in eo qđ per rationẽ ꝓbat: bellũ inteſtinũ eſt: et diſcordia periculoſa: quoniam voluntatẽ huiuſmodi ratio ſemꝑ ſuggillat: ſed accuſat: ſed dĳudicat: ſꝫ condemnat. Sit et memoria ſine ſorde vt nullũ in ea peccatũ maneat quod non pura confeſſione et dignis fructibus penitentie deleatur. Alioquin conſcientiam in qua peccatũ latet: et voluntas odit: ⁊ ratio execratur. Bonum proinde parat habitaculũ deo: cuius nec ratio decepta: nec voluntas peruerſa: nec memoria fuerit inquinata.

¶ Ca. xlviij. De triplici apparatu neceſſario ad cuſtodiam caſtri dominici. In ſermone de dedicatione: qui incipit. Domus hec fratres.

Triplici nobis opꝰ eſſe nouerimus apparatu ad cuſtodiam caſtri dominici: munitione videlicet / ⁊ armis / et alimentis. Que eſt ergo munitio? Murus continentia eſt: antemurale patientia eſt. Bonus ꝯtinentie murus qui ſic vndiqꝫ circundat et circũcingit: vt nec per oculorũ feneſtras: nec per ceteros ſenſus detur ingreſſus morti. Bonũ antemurale patiẽtie qđ primos hoſtium ſuſtinet impetus: vt inter plurima temptamenta ſtemus viriliter / ⁊ perſeueremus iugiter inconcuſſi. Unicum quippe remediũ eſt dũ cõtinentia quatitur et quodammodo nutat obĳcere patientiam: ⁊ quãtuncũqꝫ ferueat ſenſus peccati: negare omnino conſenſum. Oportet autẽ ⁊ arma parare: arma ſpiritualia potentia deo: non tantũ ad reſiſtendum: ſed ad impugnandũ quoqꝫ et expugnandũ viriliter inimicum. Grauis equidem nobis eſt inimici tentatio: ſed longe grauior illi oratio noſtra. Ledit nos iniquitas eius et verſutia: ſꝫ multo amplius noſtra cũ ſimplicitas et miſericordia torquet: humilitatem noſtrã non ſuſtinet: vritur caritate noſtra: mãſuetudine ⁊ obedientia cruciatur. Iam vero nec nobis alimenta deſunt: qui et ſermones frequenter: et frequẽtius ſacras lectiones audimus: et interdũ ſpiritalis quoqꝫ deuotiõis guſtamus delicias. Panis etiam lachrymarũ licet minus ſuauis: optime tamen cõfirmat cor hominis. Habemꝰ ſuꝑ omnia de celo panem viuum: corpus domini ſaluatoris. In cuiꝰ vtiqꝫ fortitudine cibi: omnis aduerſe partis deĳcitur fortitudo.

¶ Ca. xlix. De tribus periculis in domo domini vbi ſupra.

Nihil nos oportet timere in caſtro domini: ſi tantũ fideliter ⁊ viriliter agere voluerimus: vt videlicet nec proditores: nec pauidi: nec deſides inueniamur. Nam ꝓditores quidẽ ſunt qui diſcordias ſeminãt: et nutriunt ſcãdala. Sicut enim in pace factus eſt locus domini: ſic in diſcordia locum diabolo fieri manifeſtum eſt. Omnino proditorẽ ſeſe nouerit: quicũqꝫ eſt ille qui vicia quelibet in domum domini conatur inducere: ⁊ templum dei ſpeluncam vult facere demonioꝝ. Secundo loco illud eſt cauendũ: ne quis forte puſillanimitate deiectus fugiat a munitione: ibi trepidans timore vbi non eſt timor: vbi vero ſummũ periculum eſt: inſana temeritate ſecurus. Hoſtilibꝰ enim manibus: hoſtilibus gladĳs ſe exponit: q̃cũqꝫ eſt ille qui fugit: ac ſi ignoret quoniam hoſtes illi omnino carent miſericordia. Crudeles quidẽ in alienos: ſed multo crudeliores in ſuos: quippe crudeliſſimi in ſeipſos. Iam vero tertium quoqꝫ periculum breuiter dico. Quid prodeſt ſi nec ꝑdere caſtrum / nec relinquere velis: ſed ſegnis et deſidioſus in eo permaneas. Toto proinde animo: tota virtute caſtrum domini manutenere laboremus: ſoliciti contra omnes inimici verſutias ⁊ aduerſus omnia eius machinamenta parati.

¶ Ca. l. De veritate: caritate: ⁊ fortitudie. In ſermone in rogationibus: qui incipit. Quis veſtrum habebit amicum. ⁊c.

HIs tribus egere me fateor: verita
te/caritate/fortitudie. Deficit qp
pe ratio mea pre ignorantia veritatis:
languet et voluntas pre inedia affecti=
onis: infirmat᷑ caro pre inopia fortitu=
dinis. Nã et ratio minus intelligit que
agenda ſũt: et voluntas minus diligit
intellecta. Et ad hec etiã corpus quod
corrũpitur aggrauat animam: vt non
quecunqꝫ volumus illa faciam⁹. Neqꝫ
eni paterer hunc defectũ: ſi iugiter ex=
ercitata eſſet ratio in inquiſitiõe verita
tis: voluntas in deſiderio caritatis: ca=
ro in operatione virtutis.

¶ Capi. li. De triplici timore.
In ſmõe ꝑmo de dñica poſt oct. ephie.

TImor ad ima cogitationẽ dedu=
cit et inferioribus imoratur: atqꝫ
horrenda loca pauida mẽte colluſtrat.
In ſcdo ſermõe. vbi ſ. Eſt autẽ duplex
timor: cõis et notus omnibus. tertius
minus cõis: et minus notus. Primus
enim timor eſt ne cruciemur in gehẽna.
ſcds ne excluſi a viſione dei ꝑuemur tã
ineffabili gloria. terti⁹ timor replet ani
mã omni ſolicitudine timidã: ne forte
deſeratur a gratia. Et quidẽ ois timor
dñi ſicut aqua extinguit ignẽ: ſic extin=
guit peccati cõcupiſcentiã. ſed is maxi=
me cũ ad oẽm tentationẽ ſtatim occur=
rit: ne forte cõtingat amittere gratiam
vt ſibi derelict⁹ homo: labat᷑ quotidie
de malo in peius. de periculo minori in
grauiorẽ culpã: quales vtiqꝫ multos vi
demus cũ in ſordibus ſint: ſordeſcẽtes
adhuc. Nam aduerſus timorẽ iſtũ nõ
eſt vnde blandiatur ſibi anima: ſiue de
minori forte quãtitate peccati: ſiue de
emendatione futura. Talibus eni blã=
dimentis impediunt᷑ aliquatenus duo
prima genera timoris.

¶ Ca. lij. De tribus in quibus
cõſiſtit ſũma ſpiritalis exercicij. In ſer=
mone ſecũdo de apoſtolis petro ⁊ pau=
lo qui incipit Sancti iſti.

HEc ſpiritalis ſumma eſt exercicij:
hec forma ſtudij ſpiritalis: vt ſa=
piẽter diſponamus preſentia noſtra: re
cogitem⁹ in amaritudie aie noſtre pre=
terita: futura quoqꝫ ſolicite ꝓuideam⁹
Sobrie et iuſte et pie viuamus in hoc
ſeculo(ait apoſtolus) vt videlicꝫ in pre
ſenti ſobrietas obſeruetur. vt iuſta ſa=
tiſfactione preterita que nobis ſine fru
ctu ſalutis preteriere tẽpora redimant᷑
vt pietatis clipeũ imminẽtibus de fu=
turo ꝑiculis opponamus. Sola eſt eni
que ad omnia valet pietas: cultus ſcꝫ
dei humilis et deuot⁹. nec aliter nobis
eſt prouidere nouiſſima: niſi vt vniuer=
ſa que nobis imminere videntur pericu
la: ſedula nobiſcũ cogitatiõe verſãtes
diſcamus de noſtra oĩno induſtria. ma=
gis autẽ de noſtris diffidere meritis et
ſoli nos diuine protectioni cõmittere:
pio quodã mẽtis affectu/ et effectu pie
intentionis nos ꝓijcientes in ipſũ: cui⁹
datũ optimũ et donũ perfectũ eſt. con=
ſũmatio felix: ⁊ mors precioſa. Utinam
hec in nobis inueniantur: vt ſuauiter
omnia noſtra per ſapientiã diſponam⁹
vt intellectu peccata preterita dãnem⁹
vt ꝓuideamus futura conſilio. Utinã
ſapiam⁹ ad preſentis vite moderatio=
nem: vtinã intelligamus ad preterite
correctionẽ: vtinã deuota in deum fide
prouideamus: vt felicẽ habeamus ipſo
miſerante conſũmationẽ. Hic eñi eſt fu
nicul⁹ triplex: quo trahimur ad ſalutẽ
ordinata cõuerſatio: rectum iudicium:
fides deuota.

¶ Ca. liij. De morte: diabolo:
⁊ peccato. In ſermone primo de trãſitu
ſancti malachie: qui icipit. De celo vo
bis hodie. ⁊c.

DUra et inexorabilis mors ceca et
improuida: nec mirũ iniquã eſſe
quã generauit iniqtas: incõſideratam/
quã ſeductio noſcitur peperiſſe. Nihil
inqꝫ mirũ ſi ferit ſine diſcretione que ve
nit ex ꝓuaricatione: ſi ſit crudelis ⁊ fa=
tua que ex antiqui ſerpẽtis fallacia et
mulieris inſipiẽtia prodit. Omniũ ele=
ctorũ caput furibũda ꝑuaſit. Peruaſit
vtiqꝫ immunẽ: ſed nõ immunis euaſit.
Impegit in vitã mors: et incluſit intra
ſe mortẽ vita: ⁊ abſorpta eſt mors in vi=
ta. Hamũ ſibi deuorãs: ide teneri cepit

vnde viſa eſt tenuiſſe. Ac fortaſſe quis dicat. Quomodo mors a capite ſupata videtur: que tanta adhuc libertate ſeuit in mēbra? Si mors mortua: quō occidit? Si victa quō preualet vniuerſis: et non eſt homo qui viuat et non videat mortem? Victa plane mors opus diaboli: ⁊ peccati pena: victū peccatū cauſa mortis: victus ⁊ ipſe malignus: et peccati auctor ⁊ mortis. Nec modo victa ſunt hec: ſed ⁊ iudicata iā ⁊ damnata. Diffinita quidē: ſed nondū promulgata ſentētia eſt. Deniq̄ iā diabolo ignis parat⁹ eſt: etſi nondū ille p̄cipitatus in ignem/ modico adhuc tēpore ſinitur malignari: tanq̄ malleus celeſtis opificis: factus eſt malleus vniuerſe terre. Terit electos ad eorū vtilitatē reprobos cōterit in eorū damnationem Qualis autē paterfamilias tales ⁊ domeſtici eius: peccatū ſcilȝ et mors. Nā ⁊ peccatū licȝ ſimul cū xp̄o cruci ipſius nō dubitet affixū: adhuc tamē interim non regnare quidē ſed habitare in ipſo etiā dum viueret ap̄lo permittebatur. Sic et mors ipſa minime quidē abeſſe cogitur: ſed cogitur nō obeſſe. Erit aūt cum dicet: vbi eſt mors victoria tua? Et ipſa ſiquidē inimica nouiſſima deſtruetur. Nunc vero moderante eo qui imperium habet vite et mortis ⁊ mare ip̄m certis coercet litorum metis: mors ipſa dilectis dn̄i ſōnus refrigeriū eſt. Peſſima quidē mors peccatorū: quorum ⁊ natiuitas mala et vita peior. Sed precioſa eſt mors ſanctorū: precioſa plane tanq̄ finis laborū/ tanq̄ victorie conſūmatio/ tanq̄ vite ianua: ⁊ perfecte ſecuritatis ingreſſus

## ¶ Ca. liiij. De caritate: caſtitate: ⁊ hūilitate. In ep̄la xlij. ad henricū Senonenſem archiepiſcopum.

CAritas: caſtitas: hūilitas: nulli⁹ quidē coloris ſūt: ſed nō nulli⁹ dedecoris/ nec mediocris decoris/ qui diuinos quoq̄ delectare poſſit aſpectus. Quid caſtitate decorius que mūdū de immundo conceptū ſemine: de hoſte domeſticū: angelū deniq̄ de homīe facit? Differūt quidē inter ſe: pudicus homo ⁊ angelus: ſed felicitate nō virtute. Sȝ ⁊ ſi illius caſtitas felicior: huius tamē fortior eſſe cognoſcit. Sola eſt caſtitas que in hoc mortalitatis ⁊ loco ⁊ tēpore ſtatū quēdā imortalis glorie repreſentat. Sola inter nuptiarū ſolennia: morem beate illi⁹ vendicat regiōis: in qua neq̄ nubēt neq̄ nubētur: prebēs quodāmodo terris celeſtis iā illius cōuerſationis experientiā. Vas interim fragile qđ portamus in quo et crebro periclitamur: tenet et caſtitas in ſanctificationē: et inſtar odoriferi balſami. quo cōdita cadauera incorrupta ſeruant: ſenſus ipſa et artus cōtinet et conſtringit: ne diſſoluātur in ocijs: ne corrūpantur in deſiderijs: ne carnis voluptatib⁹ cōputreſcant. Verū quātalibet venuſtate ſui caſtitas eminere appareat: ſine caritate tamē nec preciū habȝ nec meritum. Nec mirū. Qđ em̄ abſq̄ illa bonū ſuſcipitur? Fides. Sȝ nec ſi mōtes trāſferat? Scia. Sed nec illa quidē q̄ lingua loquitur angelorum? Martiriū. Nec ſi tradidero inquit corpus meum ita vt ardeā. Nec abſq̄ illa qđlibet bonū ſuſcipitur nec cū illa quātūlibet exiguū reſpuitur. Caſtitas ſine caritate: lāpas eſt ſine oleo. Subtrahe oleū: lampas non lucet. Tolle caritatē: caſtitas non placet. Jam de tribus q̄ propoſuimus ſola tractāda reſtat hūilitas. Hec duabus premiſſis virtutibus intantū eſt neceſſaria: vt abſq̄ iſta ille nec eſſe virtutes videātur. Nempe vt caſtitas ſeu caritas detur: humilitas meretur: qm̄ humilibus deus dat gratiam. Seruat acceptas: qr nec requieſcit ſp̄us niſi ſuper quietū et humilē. Seruatas conſūmat/ nā virtus in infirmitate: hoc eſt in humilitate perficitur. Inimicā omnis gratie omniſq̄ peccati initium debellat ſuperbiā: et tam a ſe q̄ a ceteris virtutibus ſuperbam illius ꝓpulſat tyrannidē. Siquidē cū ex alijs q̄buſq̄ bonis viriū ſuarū magis capere ſoleat incrementum ſuperbia: ſola hec oīm propugnaculū quoddā turriſq̄ virtutū ei⁹ fortit reſiſtit malicie: obuiat p̄ſūptioni.

## ¶ Ca.lv. De tribus impulſo=
## ribus hominis. Super cantica. ſermo=
## ne. lxxxv.

IMpulſoꝛ hoīs diabolꝰ eſt/impul=
ſoꝛ mũdus/impulſoꝛ homo. Quis
iſte homo ſit q̄ris. Quiſq; ſui. Noli mi=
rari. Uſq; adeo homo impulſoꝛ ſibi eſt
et ſuimet precipitatoꝛ: vt non ſit quod
in altero propulſoꝛe formides: ſi ipſe a
te proprias cõtineas manus. Manus
tua: conſenſus tuus. Si diabolo ſugge
rente/vel ſeculo ſuadẽte/ ꝙ nõ opoꝛtꝫ:
aſſenſũ tuũ tenueris ⁊ non dederis mẽ=
bra tua arma iniquitati: nec ꝑmiſeris
peccatũ regnare in tuo moꝛtali coꝛpe:
tibi malicia omino nil nocuit. Uide ne
magis ꝓfuerit. Cum igiť tres ſint ſtãti
imminẽtes: hoꝛũ diabolus liuoꝛe ma=
licie: mũdus vento vanitatis: homo ſe=
metipſũ pondere ſue coꝛruptionis im=
pellit. Impellit diabolus ſed non euer
tit: ſi tu quidẽ tuũ illi negaueris auxi=
liũ vel aſſenſũ. Eſt et mũdus impulſoꝛ
quia in maligno poſitꝰ eſt: impellit oẽs
ſed ſolos euertit amicos ſuos/id eſt cõ=
ſentaneos ſibi. Nolo eſſe amicus mũ
di ne cadam. Nam qui vult mũdi huiꝰ
eſſe amicus: inimicus dei conſtituitur:
quo vtiq; nullꝰ grauioꝛ caſus. Ex qui=
bus ſatis clarꝫ q̄ ſit homo precipuus
impulſoꝛ ſui: qui ſuo ſine alieo impul=
ſu cadere põt: alieno abſq; ſuo nõ põt.
Cui nam hoꝛũ precipue reſiſtendum?
Nempe huic qui eo moleſtioꝛ quo inte
rioꝛ ſolus deijcere poteſt ⁊ ſufficit: cum
ſine ipſo alij poſſint facere nichil. Non
ſine cauſa ſapiens expugnatoꝛi vrbiũ
pretulit virum qui animo ſuo dñatur.

## ¶ Ca.lvj. De tribus generibꝰ
## nõ habitantiũ in adiutoꝛio diuino. Su
## per pſalmũ Qui habitat v̄ſu.i. ⁊ ſer.i.

TRia eoꝛũ reperies genera: qui nõ
habitãt in adiutoꝛio diuino. Unũ
non ſperantiũ/ aliud deſperantiũ/ ter=
tiũ fruſtra ſperantiũ. Neq; eni habitat
in adiutoꝛio diuino: qui nõ poſuit deũ
adiutoꝛem ſuũ: ſed confidit in virtute
ſua: ⁊ in multitudine diuitiarũ ſuarum
et ſola tẽpoꝛalia querẽs: elongatur ab
adiutoꝛio dei: q̄d ſibi adhuc neceſſariũ
eſſe nõ reputat. Foꝛte eñ feruoꝛẽ habꝫ
quis potens in vigilijs: in ieiunijs: in
laboꝛe: et ceteris hmõi: aut etiam mul
toꝛũ vt ſibi videtur diuitias meritoꝛum
longo tempoꝛe acquiſiuit: et in his cõ=
fidens remiſſioꝛ eſt in timoꝛe dei: facile
iam ad ocioſitates et curioſitates per=
nicioſa quadã ſecuritate declinat/mur
murat/detrahit/dijudicatq;. Qui pro=
fecto ſi habitaret in adiutoꝛio dei: attẽ=
deret vtiq; ſibi: et timeret offendere eũ
quem ſibi cognoſceret adhuc tam ne=
ceſſariũ eſſe. Tanto ſiquidẽ amplius ti
mere deum et magis ſolicitus eſſe de=
buerat: quãto maioꝛa eius munera iã
percepit. Neq; enim que habemus ab
eo/ſeruare aut tenere poſſumus ſine eo
Sunt vero aliqui qui in cõuerſiõis ini=
tio ſatis timoꝛati et ſoliciti ſunt: donec
initium aliquod conuerſionis accepe=
rint et cũ multo magis deſeruire debu=
erant: ſic agere incipiunt acſi dicãt. Ut
quid ei ſeruiamus vltra: quando iã ha
bemus quod daturus eſt? O ſi ſcires q̄
parꝫ eſt quod habes: et hoc ipſũ q̄ cito
perdis: ſi non ſeruauerit ille qui dedit.
Hi ſunt qui non ſperant in domino: qui
propterea non habitãt in adiutoꝛio al=
tiſſimi: q2 nõ reputant illud neceſſariũ
eſſe. Sunt autem alij qui et deſperant:
hi videlicet qui conſiderantes imbecil=
litatẽ propꝛiam deficiunt. et obruũtur
a puſillanimitate ſpũs: habitantes in
carne ſua: ⁊ circa īfirmitatẽ ꝓpꝛiã ſemꝑ
intenti: vt oĩa que patiunť: curſim enu=
merare parati ſint. Ubi eni intenderis:
ingenium valet. In adiutoꝛio autẽ dei
non habitant neq; nouerunt illud: ſed
nec aſſurgere valent: vt aliquando cogi
tent illud. Sunt autem alij qui ſperant
quidem in dño ſꝫ fruſtra: quia ſic de mi=
ſericoꝛdia eius ſibijpſis blandiũtur: vt
a peccatis ſuis nõ emẽdentur. Uana eſt
oĩno ſpes iſta et hec confundit: eo ꝙ ca=
ritas deſit. Fruſtra ſiquidem ſperat qui
contẽptu ſuo: gratiã a ſe repellit: ⁊ ſpem
ſuam pꝛoꝛſus euacuat. Nullus hoꝛum
triũ habitat in adiutoꝛio altiſſimi. Pri=
mus enim habitat in meritis ſuis: ſecũ

dus in penis: tertius in vicijs. Immunda habitatio tertij / anxia ſcdi / ſtulta et periculoſa primi. Qui ꝯſideratione proprie infirmitatis deſpatione deſiciūtur: in adiutorio altiſſimi non habitant: q̄a deſperant. Priores autem idcirco non querunt: quia nequaq̄ ſibi illud neceſſarium ſentiūt. Extremi vero propterea longe ſunt: ꝙ eo modo querant auxiliū dei: quo obtinere nō poſſūt. Soli eñ in adiutorio altiſſimi habitant qui id ſolū obtinere deſiderant: id ſolū amittere trepidant: ſedula circa illud ⁊ ſolicita cogitatione ꝟſantes: q̄ eſt vtiq̄ pietas cultꝰ dei. Beatus plane q̄ ſic habitat in adiutorio altiſſimi: q̄ꝛ in protectione dei celi cōmorabit̄. Quid ei nocere poterit eorū que ſub celo ſunt: quē deus celi ꝓtegere et cōſeruare voluerit? Igitur nihil eorū que ſub celo ſūt timere poteſt: quiſquis protectionē dei habere meruerit.

## Ca. lvij. De tribus male fructificantibus. In ſermone de ſancto Benedicto.

Sunt qui fructū ſuum non faciunt: ſunt qui faciunt: ſed non ſuū. ſunt qui faciūt ſuū: ſed nō in tēpore ſuo. Sūt inq̄ arbores infructuoſe: vt ſūt quercꝰ ⁊ vlmꝰ ⁊ ſilueſtres alie arbores. Sꝫ hmōi nemo plantat in orto ſuo: q̄ꝛ fructū non faciūt: ⁊ ſi quē faciūt: non humano eſui aptꝰ eſt: ſꝫ porcino. Tales ſunt filij huiꝰ ſeculi: agētes in cōmeſſationibꝰ et ebrietatibus: in cubilibꝰ ⁊ impudicitijs. Hec nanq̄ porcoꝝ cibus ſunt: quibus chriſtianus nō debet adherere. Sicut enim caro porcina cū comeditur noſtre adheret carni: vt iā ſit vna caro: ſic tranſgreſſor dñici p̄cepti: ſpurcos ſibi ſpūs ſociat ⁊ adherendo eis vnus cū eo efficitur demon. Arbores autem que fructū faciūt ſed non ſuum ypocrite ſūt: cū Symone cyreneo crucē portantes non ſuam: qui religioſa intentione carentes angariantur: ⁊ que non amant amore glorie quā deſiderant: facere cōpelluntur. Nam in eo qđ dicitur in tempore ſuo: arguuntur quidā ante tēpus fructificare volentes. Nonne eni ⁊ arboribus noſtris citius q̄ oporteat pullulantibus: timemus oīo floribus intempeſtiuis? Sic ſunt aliqui quoꝝ fructus q̄ꝛ nimis propere: minus proſpere oriunt̄. Hi ſunt qui in initio cōuerſionis ſue alijs cōtinuo velle fructificare preſumūt: ꝯtra legis decreta arare in primogenito bouis: ⁊ ouis tondere primogenita feſtinantes

## Ca. lviij. De triplici arrogātia ⁊ duplici ignorantia. In libro de diligendo deum.

Homo factus in honore: cū honorē ipm nō intelligit: talis ſue ignorātie merito cōparat̄ pecoribꝰ: velut quibuſdā p̄ſentis ſue corruptiōis ⁊ mortalitatis cōſortibꝰ. Fit igit̄ vt ſeſe nō agnoſcēdo egregia ratiōis munere creatura irrationabiliū gregibꝰ incipiat aggregari. dū ignara ꝓprie glorie q̄ abintꝰ eſt: cōformāda foris rebꝰ ſenſibilibꝰ: ſua ipſiꝰ curioſitate abducit̄: efficitq̄ vna de ceteris ꝙ ſe pre ceteris nihil accepiſſe itelligat. Itaq̄ valde cauēda hec ignorantia q̄ de nobis minꝰ nobis forte ſentimꝰ ſꝫ nō minꝰ imo et plus illa q̄ plus nobis tribuimꝰ. Qđ fit ſi bonū quodcūq̄ in nobis eē: et a nobis decepti putemꝰ. Arro ſup vtrāq̄ ignorātiā declināda ⁊ execrāda illa p̄ſūptio eſt: q̄ ſciēs ⁊ prudēs forte audeas de bonis nō tuis tuā q̄rere gloriā ⁊ ꝙ certus es a te tibi nō eſſe: inde tñ alteriꝰ rape honorē nō verearis. Prior equidem ignorantia gl̄iam non habet. Poſterior vero habet quidem: ſed non apud deum. Ceterum hoc tertium malum quod iam ſcienter cōmittitur: vſurpat et contra deum. Int antum deniq̄ ignorantia illa poſteriori: hec arrogantia grauior et periculoſior apparet: quo per illam quidem deus neſcitur: per iſtā et contemnitur. Intantum et priori deterior ac deteſtabilior: vt cum per illam pecoribus: per iſtam et demonibus ſociemur. Eſt quippe ſuperbia et delictū maximum vti datis tanq̄ innatis: et in acceptis beneficijs gloriam vſurpare benefici.

## Ca. lix. De triplici ignorantia. Super cantica. ſermone. xxxv.

Ignorans ignorabitur: ſiue ſe ſiue deum ignorare contingat. Utrūqꝫ ſine dubio. Utraqꝫ dānabilis eſt ignorantia: vtralibet ſufficit ad perditionē. Super cantica. ſermone xxxvi. Uolo ꝑinde animā primo omniū ſcire ſeipſam: q̄ id poſtulet ratio et vtilitatis et ordinis. Et ordinis quidem: quoniā quod nos ſumus: primum eſt nobis. Utilitatis vero: quia talis ſcientia non inflat ſed humiliat. Porro ad ſe humiliandū nihil anima inuenire viuacius ſeu accōmodacius poteſt: qꝫ ſi ſe in veritate inuenerit tantū non diſſimulet: non ſit in ſpiritu eius dolus: ſtatuat ſe ante faciē ſuam: ne ſe a ſe auertere abducat̄. Nōne ita ſe intuens clara luce veritatis vere humiliabitur in hac vera cognitiōe ſui: cum ſe perceperit oneratam peccatis: mole huiꝰ mortalis coporis aggrauatam: terrenis intricatā curis: carnalium deſideriorum fece infectā/cecam curuam/infirmam/implicitam multis erroribus: expoſitā mille periculis: mille timoribus trepidā: mille difficultatibus anxiam: mille ſuſpitiōibus obnoxiam: mille neceſſitatibus erumnoſā: procliuē ad vicia/inualidam ad virtutes? Unde iam huic extollētia oculoꝝ: vnde leuare caput? Nonne magis conuertetur in erūmna ſua: dum cōfigitur ſpina? Cōuertetur inqꝫ ad lachrymas: cōuertetur ad planctus et gemitus: cōuertetur ad dominum. Porro conuerſa ad dominū recipiet conſolationē: quia pater eſt miſericordiarū ⁊ deus totius conſolatiōis. Nec mediocris dei viſio: pium ⁊ deprecabilē expiri: ſicut reuera benignꝰ ⁊ miſericors eſt. Tali itaqꝫ experimento et tali ordine ſalubriter innoteſcit deus: cum prius ſe homo nouerit in neceſſitate poſitū. et clamabit ad dn̄m et exaudiet eum: atqꝫ hoc modo erit gradus ad notitiā dei tui cognitio. Sed iam demū aduerte quomō vtraqꝫ cognitio ſit tibi neceſſaria ad ſalutem: ita vt neutra carere valeas cum ſalute. Super cantica. ſermone xxxvij. Nam nemo abſqꝫ ſui cognitione ſaluatur: de qua nimirum mater ſalutis humilitas oritur: et timor dn̄i: qui et ipſe ſicut eſt initiū ſapientie: ita eſt et ſalutis. Quid ſi ignoras deū? Poterit ne ſpes eſſe ſalutis cum dei ignorātia? Nec hoc quidem. Nec enim potes aut amare quem neſcias: aut habere quem non amaueris. Noueris proinde te: vt deū timeas. Noueris ipſum: vt eque ipſum diligas. In altero initiaris ad ſapientiam: in altero et cōſummaris: quia initiū ſapientie timor dn̄i eſt ⁊ plenitudo legis eſt caritas. Tam ergo vtraqꝫ ignorantia cauēda eſt tibi: qꝫ ſine timore ⁊ amore dei ſalus eſſe non poteſt. Cetera indifferentia ſunt: nec ſalutē ſi ſciātur: nec dānationē ſi neſciantur habentia. Ubi ſupra ſer. xxxvi. Neqꝫ em̄ omnis ignorantia damnat: ſed et multa et innumera conſtat eſſe que neſcire liceat abſqꝫ diminutione ſalutis. Uerbigratia. Si ignoras fabrilem artē: ſeu carpentariā: aut cementariā: et quecunqꝫ iſtiuſmodi artes ſunt: que ad vſus vite preſentis ab hominibus exercentur: nunquid impedit ad ſalutē? Etiam abſqꝫ omnibus illis artibus que liberales dicunt̄ (qꝫuis honeſtioribꝰ vtilioribuſqꝫ ſtudijs et diſcātur ⁊ exerceātur) qꝫplurimi hominū ſalui facti ſunt: placētes moribus atqꝫ operibus. Ibidem ſermone. xxxvij. Nō tamen dico cōtemnēdam aut negligendam ſcientiam litterarū que ornat animam et erudit eā: et facit vt poſſit etiā alios erudire. Sed duo illa oportet et expedit vt ꝓcedāt: in quibꝰ ſūma ſalutꝭ cōſtituit̄: ſicut ſupior ratio declarauit.

## ¶Ca. lx. De tribꝰ bonis eminētioribꝰ in hoīe. In li. de diligēdo deū.

Querat hō eminētiora bona ſua in ea parte ſui q̄ ꝓeminet ſibi: hoc ē in anima: q̄ ſūt dignitas: ſciētia: virtꝰ. Dignitatē in hoīe liberū dico arbitriū: in quo ei nimiꝝ datū eſt ceteris non ſolū ꝓeminere ſꝫ etiā preſidere aiantibꝰ. Sciētiā vero qua eandē in ſe dignitatē agnoſcat: nō a ſe tn̄. Porro virtutē qua ſubinde ipꝫ a quo eſt ⁊ inqrat nō ſegnit̄ et teneat fortiter cū inuenerit. Itaqꝫ geminū vnū quodqꝫ triū horū appet. Dign

tatem ſiquidē demōſtrat humanā: non ſolū nature ꝑrogatiua: ſed etiā potētiā dn̄atus qua terror hominis ſup cūcta aīantia terre iminere diſcernit̄. Sciētia quoqꝫ duplex erit: ſi hanc ipā dignitatē: vel aliud qđcūqꝫ bonū in nobis: et nobis ineſſe et a nobis nō eſſe ꝯgnouerimus. Porro virtus ꝛ ipſa eque bifaria cognoſcet̄: ſi auctorē ꝯſequēter inq̄rim⁹ inuētoqꝫ inſeꝑabiliter inheremus. Dignitas ergo ſine ſcientia nō ꝓdeſt. Illa vero etiam obeſt: ſi virtus defuerit. Qđ vtrūqꝫ ratio ſubiecta declarat. Habere eīn qđ habere te neſcias quā gloriā habet? Porro noſſe qđ habeas: ſꝫ quia a te nō habeas ignorare: habet gloriā: ſꝫ nō apud deū. Utrūqꝫ ergo ſcias neceſſe eſt: ꝛ q̄d ſis: et ꝙ a teipſo non ſis: ne aut oīno videlꝫ nō glorieris: aut inanit̄ glorieris. Quāobrē cū duabus his dignitate atqꝫ ſcientia opus eſt et virtute: q̄ vtriuſqꝫ fructus eſt: per quā ille inquiritur ac tenet̄ qui oīm auctor ꝛ dator merito glorificetur de omnibus.

## ¶ Ca. lxi. De triplici mō ſciēdi. Super cantica. ſermone xxxvi.

Scias quo ordine/ quo ſtudio/ quo fine/ queq̄ noſſe oporteat. Quo ordine vt id prius qđ maturi⁹ ad ſalutē. Quo ſtudio: vt id ardēti⁹ qđ vehemēti⁹ ad amorē. Quo fine: vt nō ad inanē gloriā aut curioſitatē: aut aliq̄d ſimile: ſꝫ tantū ad edificationē tuā vel proximi. Sunt nāqꝫ qui ſcire volūt eo fine tantū vt ſciāt: et turpis curioſitas eſt. Et ſūt qui ſcire volūt vt ſciant̄ ipi: ꝛ turpis vanitas eſt. Et ſūt itē qui ſcire volunt. vt ſcientiam ſuā vendant (verbi cauſa) ꝓ pecunia: pro honorib⁹: ꝛ turpis queſt⁹ eſt. Sed ſunt quoqꝫ qui ſcire volunt vt edificent: et caritas eſt. Et item ſūt qui ſcire volūt vt edificent̄: et prudentia eſt. Horum omniū ſoli vltimi duo nō inueniūtur in abuſione ſciētie: q̄ppe qui ad hoc volunt intelligere: vt bene faciant. Scienti eīn bonū et non facienti: pctm̄ eſt illi. Ac ſi per ſimilitudinē dicat. Sumenti cibū ꝛ nō digerēti: pnīcioſū eſt ei. Cibus ſiquidē indigeſtus et qui bonā non habꝫ decoctionem: malos generat humores: ꝛ corrumpit corpus: non nutrit. Ita ꝛ multa ſcientia ingeſta ſtomacho anime qui eſt memoria: ſi decocta igne caritatis non fuerit: ꝛ ſic per quoſdam artus anime: mores ſcilicet atqꝫ actus tranſfuſa atqꝫ digeſta: quatenus ipſa de bonis q̄ nouerit: vita atteſtāte et moribus: bona efficiatur. Nonne illa ſcientia reputabitur in peccatū: tāqꝫ cibus cōuerſus in prauos noxioſqꝫ humores? An nō malus humor peccatū? An non mali hūores praui mores? An non inflationes et tortiones in conſciētia ſuſtinebit qui hmōi eſt: ſciēs videlꝫ bonum et non faciens?

## ¶ Ca. lxij. De tribus occultis. In quibuſdam dictis.

Tria ſūt occulta. Illicita actio/ doloſa intentio/ impudica affectio. Praua operatio inquinat memoriam. Doloſa intentio rationem vel mentem Impudica affectio voluntatē. Mundatur memoria per confeſſionem: mens ꝑ lectionē: affectio vel voluntas per orationem. Ab alienis mundus eris ſi nō inſultes: ſi non diſcedas: ſi non conſentias: ſi non diſſimules. Juſticie eſt non cōſentire: ſed cū rigore reſiſtere. Fortitudinis nō diſcedere: ſed mala proximi patienter tolerare. Temperātie nō inſultare: ſed cū moderamie cōpati. Prudentie non diſſimulare: ſed ſolicite vbi mala deſinant prouidere.

## ¶ Ca. lxiij. De triplici corde. In quibuſdam dictis.

Est cor altū/ cor hūile/ cor mediocre. Dicit ꝓpha. Redite ꝑuaricatores ad cor. Prima acceſſio ꝑuaricatoris ſerui eſt ad cor hūile: ad qđ trahitur per iudiciū. Scđa acceſſio mercēnariū ad cor mediocre: ad qđ vocatur per conſiliū. Tertia filij ad cor altū: ad qđ leuat̄ per deſideriū: ꝛ tūc ſupra cor eleuat̄ de⁹: vt dū nō pōt cōprehēdi ꝑ rōnē deſideretur per affectionē et amorem.

## ¶ Ca. lxiiij. De tribus petitionib⁹ cordis. Ju ſermone quinto de. xl.

PEtitiones cordis in tribus credo
conſtare:nec video quid preter il=
la electus quiſqꝫ ſibi debeat poſtulare
Duo quidem huius tẽporis ſunt: id ē
bona corpris/⁊ bona anime.tertiũ ve=
ro eſt beatitudo vite eterne. Nec mire=
ris ꝙ bona corporis a deo dixerim eſſe
querenda: qm̄ eius ſũt corporalia oĩa
ſicut et ſpiritalia bona. Ab eo ergo eſt
petendũ et ſperandũ nobis:vnde poſſi
mus in eius ſeruitio ſuſtẽtari.Uerumtñ
pro neceſſitatibꝰ anime orandũ eſt no=
bis et frequẽtius ⁊ feruentius : id eſt ꝓ
obtinenda gratia dei/animeqꝫ virtuti=
bus.Sic et provita eterna tota pietate
et toto nobis orandũ eſt deſiderio: vbi
nimirum et corporis et anime plena et
perfecta eſt beatitudo.In his ergo tri=
busvt cordis petitiões ſint:tria nobis
ſunt obſeruanda. Nam ⁊ in prima qui
dem ſuperfluitas: et in ſecũda impuri
tas:et in tertia elatio interdũ ſuperbie
ſolet ſurrepere. Nõnunqꝫ enim tẽpora=
lia queri ſolent advoluptatẽ/virtutes
ad oſtentationẽ: ſed et vitam eternam
fortaſſis aliqui nõ in hũilitate querũt
ſed tanqꝫ in fiducia ſuorum meritorum
Nec hoc dico quin accepta gratia fidu
ciam donet orandi:ſed nõ oportetvt in
ea conſtituat quiſqꝫ fiduciã impetrãdi
Hoc ſolum conferunt hec premiſſa do=
na:vt ab ea mia que tribuit hec ſperẽ=
tur etiã ampliora. Sit ergo orõ que ꝓ
temporalibꝰ eſt circa ſolas neceſſitates
reſtricta : ſit orõ que pro virtutibus eſt
anime ab omni impuritate ⁊ circa ſolũ
beneplacitũ dei intenta.Sic ea que fit
pro vita eterna in oĩ hũilitate:ꝑſumẽs
de ſola miſeratiõe diuina/ vt dignũ eſt

## ¶ Ca.lxv.De ſeruo:et mercẽ nario:⁊ filio.In libro de diligẽdo deũ.

ESt qui confitetur domino qm̄ po
tens eſt.et eſt qui cõfitetur domio
qm̄ ſibi bonus eſt.et item qui cõfitetur
dño:qm̄ ſimpliciter bonus eſt. Primuſ
ſeruus eſt et timet ſibi. ſecũdus mercẽ
narius ⁊ cupit ſibi.tertius filius et de=
fert patri. Itaqꝫ qui timet ⁊ qui cupit:
vterqꝫ ꝓ ſe agit.ſola q̃ in filio ē caritas
non querit que ſua ſunt.Quãobrẽ puto
de illa dictũ. Lex domini immaculata
conuertens animas:ꝙ ſola videlꝫ ſit q̃
ab amore ſui et mundi auertere poſſit
animũ et in deum dirigere. Nec timor
quippe nec amor priuatus cõuertunt
animũ:mutant interdũ actum:vultũ:
⁊ habitũ: affectũ nunqꝫ. Facit quippe
nonnunqꝫ et ſeruus opus dei: ſed quia
non ſponte in ſua adhuc duricia ꝑma=
nere cognoſcitur. Facit et mercennariꝰ
ſed quia non gratis propria trahi cupi
ditate conuincitur. Porrovbi proprie=
tas ibi ſingularitas:vbi autẽ ſingula=
ritas:ibi angulus. vbi vero ãgulus:ibi
ſine dubio ſordes ſiue rubigo. Sit ita=
qꝫ ſeruo ſua lex:timor ipſe quo cõſtrin=
gitur. Sit mercennario ſua cupiditas:
qua et ipſe artatur quãdo tentatur ab
ſtractus et illectus. Sed harum nulla
aut ſine macula ē:aut animas cõuerte
re poteſt. Caritas vero ꝯuertit animas
quas facit volũtarias. Porro in eo eã
dixerim immaculatã:ꝙ nil ſibi de ſuo
retinere conſueuit. Cui nempe de pro=
prio nil eſt:totuꝫ profecto quod habet
dei eſt.quod autẽ dei eſt:immundũ eſſe
non poteſt. Lex ergo domini imacula=
ta caritas eſt:que nõ quod ſibi vtile eſt
querit:ſꝫ quod multis. Lex autem dñi
dr ſiue ꝙ ipſe ex ea viuat:ſiue ꝙ eã nul
lus niſi eiꝰ dono poſſideat. Nec abſur=
dum videatur quod dixi etiã deum vi=
uere ex lege: cũ non alia qꝫ caritate di=
xerim. Quid vero in ſũma et beata illa
trinitate:ſmmã et ineffabilẽ illam con
ſeruat vnitatẽ niſi caritas? Lex ergo eſt
et lex domini caritas que trinitateꝫ in
vnitate: quodãmõ cohibet et colligat
in vinculo pacis.

## ¶ Cap̄.lxvi. De triplici lege: ſerui:mercẽnariȷ̃:et filiȷ̃.Ubi ſupra

SEruus et mercẽnarius habent le
gem non a domino:ſed quã ipſi ſi=
bi fecerunt.ille deum non amando:iſte
plus aliud qꝫ deũ amando. Habent in=
quã legẽ non domini:ſed ſuã.illi tamen
que domini eſt ſubiectã. Et quidẽ ſuã
ſibi quiqꝫ legẽ facere potuerunt:non tñ

eam incõmutabili eterne legis ordini ſubducere potuerũt. Tũc aũt dixerim queq; ſibi feciſſe ſuã legem: qñ cõmuni et etne legi ꝓpriã ꝑtulit voluntatẽ: peruerſe vtiq; volẽs ſuũ imitari creatorẽ: vt ſicut ipſe ſibi lex: ſuiq; iuris eſt: ita is quoq; ſeipm̃ regeret ⁊ legẽ ſibi ſuã faceret voluntatẽ. Hi qui hoc faciũt qđ ait apoſtolꝰ: nemini quicq̃ debeatis niſi vt diligatis inuicẽ: ꝓculdubio nec ſerui nec mercennarij ſunt ſ; filij. Itaq; nec filij ſũt ſine lege. Sed ſciendũ ꝙ alia eſt lex ꝓmulgata a ſpũ ſeruitutis in timore: alia a ſpũ libertatis in ſuauitate. Nec ſub illa eſſe coguntᷣ filij: nec ſine iſta patiũtur. Bona itaq; lex caritas ⁊ ſuauis: que nõ ſolum leuiter ſuauiterq; portatur: ſ; etiã ſeruoꝝ ⁊ mercẽnarioꝝ leges portabiles ac leues reddit: quas vtiq; non deſtruit ſ; facit vt impleãtur. Illã temperat: iſtã ordinat: vtrãq; leuigat. Nunq̃ erit caritas ſine timore: ſed caſto nunq̃ ſine cupiditate: ſed ordinata. Implet ergo caritas legẽ ſerui: cũ infũdit deuotionẽ. Implet et mercennarij: cũ ordinat cupiditatẽ. Porro timori ꝑmixta deuotio: ipſum nõ adnullat: ſed caſtificat: pena tñ tollitur: ſine qua eſſe nõ potuit: dũ fuit ſeruilis. et timor manet in ſeculũ ſeculi caſtus ⁊ filialis. Nã ꝙ legitur perfecta caritas foras mittit timorem: pena intelligenda eſt: que ſeruili nunq̃ deeſt timori. Deinde cupiditas tunc recte a ſuperueniente caritate ordinatur: cum mala quidẽ penitus reſpuũtur: bonis vero meliora preferũtur: nec bona niſi propter meliora appetuntur.

## ¶ Ca. lxvij. De tribꝰ panibus quibus quilibet reficiendus eſt. In ſententijs quibuſdam.

TRibus panibus quilibet reficiendus eſt. Primus panis eſt cõtinẽtia qua reſtringitur corpꝰ: ne deinceps ꝑ mortiferas voluptates defluat. Secundus eſt humilitas qua inſtruitᷣ anima: ne de ipſa ſua cõtinentia ſupbiat. Tertius eſt feruor caritatis quo accẽditur ſpiritus: vt vtrumq; id eſt corpus et animam in caſtitate ⁊ humilitate ꝑſeueranter cuſtodiat. His tribꝰ virtutibus: id eſt caſtitatis: hũilitatis: caritatis: tanq̃ tribꝰ panibus reficitᷣ hõ dei ⁊ roboratᷣ: vt ſm apoſtolũ in die aduentus dñi ſit integer ſpũs: aĩa et corpus. Spiritũ autẽ voco grãm q̃ adiuuat infirmitatẽ noſtram ne deficiamꝰ: donec ſuo tpe metamꝰ bonũ qđ ſeminauimus. Uocatᷣ primus panis carnalis vel corporalis: ſcđs rõnalis: tertius ſpũalis.

## ¶ Ca. lxviij. De tribus vinculis quibus deo aſtringimur. In quibuſdam ſententijs.

TRia ſunt vincula q̇bus deo aſtringimur: et ſic tria vt ſola cum ſolis iſtis: vel iſtoꝝ ſimilibus: omne qđ ligatᷣ ligetur. Et primũ accipite funes: ſcđm clauos ligneos vel ferreos: tertiũ gluten. Primũ aſtringit fortiter et dure: ſecundũ fortiꝰ et duriꝰ: tertiũ ſuauiter et ſecure. Fune quodãmõ alligatꝰ eſt redẽptori: ſi q̇s forte dũ vehemẽtiori tentatione turbatᷣ: ꝓponit ſibi honeſtatꝫ intuitũ: memoriã ꝓmiſſionis: et hoc interim fune ſe retinet: ne ꝓpoſitũ penitus abrũpatᷣ. Durũ ꝑfecto vinculũ ⁊ moleſtum: ſ; ⁊ periculoſũ nimis: ⁊ qđ diu tenere nõ poſſit: ſiquidẽ putreſcũt funes: et pudoris viculũ aut obliuiſcimur aut abrũpimus cito. Eſt aũt q̇ clauis cõfigitur dño maieſtatis: quẽ timor dei ligat. qui nõ expaueſcit ad vultus hoim ſed ad memoriã gehennaliũ tormentorũ. Et hic quidẽ non peccare metuit: ſ; ardere. Durius tñ et fortius primo imprimitur: q; cũ ille vacillet in ꝓpoſito/ iſte ꝓpoſitũ nõ amittit. Tertiꝰ vero glute ei cõglutinatᷣ: id eſt caritate qui tam ſuauiter q̃ ſecure ligatꝰ: adherẽs dño vnus ſpũs eſt. Iſte eſt q̇ quecũq; vndecunq; ſiue q̃ facit ſiue q̃ ei fiunt: ad ſuũ cõmodũ reuocat et retorquet. Beatus huiuſmodi hõ et abundãti ſpiritus influens maieſtate: qui ſuauis et vnctus alias benignus portat oẽs ⁊ portatᷣ ab oĩbus: q̇ terribilius et horribilius ipſa gehẽna iudicat: vel in re leuiſſima vultum omipotentis ſcienter offendere.

¶Ca.lxix. De tribus diebus
In euangelio. Misereor ſuper turbam.

Iam triū dierū eas neceſſe eſt in
deſerto: ſi gratū deo tuo offerre vo
lueris ſacrificiū. Prima eſt dies timo
ris: dies in quā declarās et illuminans
tenebras tuas īteriores/ ſcʒ ⁊ horrēdū
gehenne ſuppliciū demonſtrās: in quo
quo ſunt tenebre exteriores. Huiuſce
modi ſiquidē cogitatio noſtre ſolet ex
ercere primordia cōuerſionis. Secūda
eſt pietas: qua reſpiramus in luce miſe
rationum dei. Tertia dies eſt rationis
in qua veritas innoteſcit: vt tanꝙ ex de
bito quodā nature/ ſine alia cōſidera
tione creatori ſubiecta ſit creatura: ſer
uus ſeruiat redemptori.

¶Ca.lxx. De oculo: manu: et
pede. In ſermone ſecūdo de angelis: q̄
Incipit. Audiſtis fratres.

Tripliciter fieri ſcandalū qḋ inte
rius patimur: quotidiano nobis
noſſe licet experimento. Interdū enim
eſt in nobis ſpiritalis intentionis ocul⁹
ſimplex: et qui gratie magis ꝙ noſter
dicendus ſit. ſed ſcādalizat nos ocul⁹
noſter ⁊ qui vere a nobis eſt: dū volūtas
noſtra aliā minus caſtā importune in
gerit intentionē. Sed habemus iā ſup
hoc ſalubre cōſilium ſaluatoris. Erue
eum inquit ⁊ proijce abs te. Hoc autē
fiet ſi non cōſentias: ſi abijcias/ ſi reſi
ſtas. Simili modo de manu ac pede eſt
intelligendū. Cū enim bonis operibus
intētos ad alia opera trahere volūtas
propria conatur: manus noſtra eſt que
ſcandalizat nos. ſed abſcindi debet et
proijci a nobis: vt nō ei cōſentiamus.
Sic etiā proficere in ſancta cōuerſatio
ne ⁊ de virtute in virtutē ire deſideran
tes: ſepe ſcandalū patimur a pede quo
dam puſillanimitatis ⁊ negligētie nr̄e:
qui nimirū deſcendere magis ac remiſ
ſius ire conatur. Sed abſcindi eū ne
ceſſe eſt: vt pes gratie qui ſtat i directo
currere poſſit: ſine offenſione/ ſine ſcāda
lo/ ſine impedimēto. Q̄ aūt dicit bonū
nobis eſſe ad vitā introire cū vno oculo
aut manu/ aut pede: ꝙ duos habētes
ire in gehennā ignis: eos notat q̄ volun
tatem ſuā ſeu bona ſeu mala ſit: eque
ſequūtur ⁊ ingrediuntur duabus vijs.
nunc bona nūc mala ſectātes: ſcḋm ꝙ
variantur deſideria ſua. Quibus me
rito vtilius fuerat gratie in oībus inhe
rere: ⁊ vbi obuiat ꝓpria volūtas abſci
dere ⁊ a ſeipſis abijcere eā. Eſt aūt cū
multo tēpore in abſciſione ꝓprie volū
tatis noſtre exercitati: aliquatenus eā
domamus/ vt diſcat iam nō ſuperbire
ſed magis ſine omni ſcādalo vel cōtra
dictione deo ſubiecta ſit aīa noſtra: nec
iam abijcere neceſſe ſit oculū noſtrum.
nēpe qui ſimplici adherēs oculo fact⁹
eſt et ipſe ſimplex. aut certe iam nō al
ter eſt oculus: ſʒ vnus cū eo. Quod aūt
de oculo dictū eſt: de manu quoꝗ ⁊ pe
de eodē modo eſt intelligendū. Cuius
enim volūtas ex affectione ⁊ cū deſide
rio gratie coheret: vt nec ꝯcupiſcat ma
la agere/ nec bona minora/ nec minus
bene ꝙ gratia ſuggerit: hic plane perfe
ctus eſt vir. Sed pax iſta potius eſt feli
citatis. Abſciſio vero ſcādaloꝝ ⁊ tenta
tionum: victoria fortitudinis. Illa in
quam glorie: hec virtutis.

¶Ca.lxxi. De triplici aqua.
In ſermone de ſancto Clemente

Accipe triplicē aquā: quā tibi ſal
uator apponit. Plorat ſup lazaꝝ
⁊ ſup ciuitatē ieruſalē. Et hec eſt aqua
prima. Sudat iminēte iā paſſionis ho
ra: ⁊ hec eſt aqua ſecūda: nō ab oculis
tantū: ſed a toto corpore manans. Hec
autem rubea eſt: ſanguineiꝗ coloris.
Iam vero tertia eſt aqua que de latere
eius dormiētis in cruce: vna cū ſangui
ne emanauit. Et tu quoꝗ q̄dem primā
habes ſi rigas lacrimis tuis cōſciētie
ſtratum: ⁊ dolore cōpunctionis preteri
torum diluis maculas peccatorū. Se
cundam habes aquā ſi in ſudore vult⁹
tui veſceris pane tuo: ⁊ labore peniten
tie corpus tuum caſtigas/ ac reſtrigis
concupiſcētie flammā. Eſt aūt ſangui
nei coloris/ ſiue ꝓpter laborē: ſiue etiā
propter ipſum quē extinguit cōcupiſcē
tie ignem. Iam vero ſi proficere potes

vſqꝫ ad deuotiōis gratiam/ potaberis aqua ſapiētie ſalutaris: et ſpūs chriſti qui ſuper mel dulcis eſt/ fiet in te fons aque ſalientis in vitā eternā. Et memē to hāc eſſe aquam que ꝓcedit a latere dormiētis: ⁊ ſine oī moleſtia fluit. Opoꝛtet enim iam moꝛtuū eſſe mundo qui in hac voluerit gratia delectari. Ergo vt breuiter repetā: prima quidē a preteritis delictis abluit conſcientiā. ſecunda vt futura caueas extinguit cōcupiſcentiam. tertia ſi ad eā ꝑuenire merueris: potat animā ſitientem.

¶ Ca. lxxij. De triplici loco. In ſermone pꝛīo de tranſitu malachie qui incipit. De celo vobis ⁊c.

Eſt deoꝛſum nos locus quem ſibi totū vendicat ignis: adeo vt ne minimā quidē aque guttā de lazari digito miſer ille diues ibi habere potuerit. Eſt et ſurſum ciuitas dei quā letificat fluminis impetus: voluptatis toꝛrens calix inebꝛiās ꝙ̄ pꝛeclarus. In hoc ſane medio boni ⁊ mali ſciētia cōtinetur: et voluptatis ⁊ tribulationis hic cape eſt experimentū. Infelix eua in has viciſſitudines nos induxit. Hic plane dies et nox. Nā in inferno tm̄ nox: in celo tantū dies. Btā pꝛoinde aīa que vtrūqꝫ pertrāſit: nec voluptati inherēs/ nec deficiens in tribulatione.

¶ Ca. lxxiij. De tribus in ope mundi cōſiderādis. In ſermone pēthecoſtes: qui incipit. Quā libenter

Tria in magno huius mundi ope cogitare debemus: videlꝫ q̄d ſit/ quomodo ſit/ ad quid ſit cōſtitutꝰ. Et ineſſe quidē rerū ineffabilis potētia cō mendatur: ꝙ tam multa/ tā magna/ tā multipliciter/ tā magnifice ſunt creata Sane in modo ipa ſapiētia ſingularis elucet: ꝙ hec quidē ſurſū/ hec vero deoꝛſum/ hec in medio oꝛdinatiſſime ſint locata. Si vero ad quid factꝰ ſit mediteris: occurit tā vtilis benignitas/ tam benigna vtilitas/ q̄ etiā ingratiſſimos quoſqꝫ multitudine ⁊ magnitudine bn̄ficioꝛum poſſit obruere. Potētiſſime ſiquidem ex nihilo oīa/ ſapiētiſſime pulcra/ benigniſſime vtilia ſunt creata. Ueruntamē omia propter ſemetipm̄ fecit deus: oīa propter ſuos. aliter tn̄ propꝫ ſe/ aliter ꝑpter ſuos. In eo quippe q̄d dicitur oīa propter ſe: preueniēs commendatur oꝛigo. In eo autē q̄d dicitur omia propter ſuos: magis exprimitur fructus ſequēs. Oīa fecit ꝑpter ſemetipſum: gratuita videlꝫ bonitate. Omia propter electos ſuos pro eoꝝ ſcilꝫ vtilitate: vt illa quidem efficiens cauſa ſit/ hec finalis.

¶ Ca. lxxiiij. De triplici gn̄e bonoꝝ: ſcilꝫ naturaliū/ ſpiritualiū/ et eternoꝛum. In quibuſdam dictis.

Bona dn̄i naturalia: ſpiritualia/ eterna. Et quidē naturalia bona magna. ſpirtualia maioꝛa: ſed maxima ſunt eterna. In pꝛimis reparamur in ſecūdis exercitamur: extendimur: et beatificamur in tertijs. Si non potes oculum meditationis in illā ſublimitatem eternaliū bonoꝝ infigere: qꝛ diſtātia ſunt et oēm ſenſum exuperāt in bonis gratie q̄ ſunt in exercitio virturum. viſum reflecte vt videas ꝙ̄ pure cōſcientie/ ꝙ̄ libere frontis ſit verſari ⁊ cōuerſari in caſtitate ⁊ caritate: in patientia et humilitate. ceteriſqꝫ virtutibus q̄ amabilem deo: placabilē ⁊ imitabilē hominibus reddūt. Quod ſi ⁊ hec nimis ſublimia ſunt ⁊ trāſgrediētia infirmitatē tuā demitte oculos ī bona nature: que tibi ita familiaria eſſe debēt / quantū tu familiaris es tibi. Nec ſic dicimus bona nature: quaſi gratie non ſint. Sed ideo ꝙ ipſi nature quodāmodo ingenita et cōplātata fuerint: anteqꝫ fieret peccatum illud / quod nō ſolū perſonā infecit ſed ⁊ naturā. Ex tunc non ita nobis ad manum ꝑueniſſe mōſtrantꝫ propter vulnus inflictū: cum tn̄ nos illa in nobis ⁊ circa nos eſſe tā rationibus ꝙ̄ affectionibus plerūqꝫ ſentiamus

¶ Ca. lxxv. De triplici diſtinctione bonoꝝ ſupradictoꝝ. Ubi ſupra.

Quia nos ex aīa ⁊ coꝛpore ſubſiſtimus: ab aīali parte: id ē a bonis coꝛpoꝛis incipiamus. Sunt aūt omnia

bona corporis ⁊ que ei ſolummodo de=
beamus: ſanitas. Nihil autē vltra ei
dandum eſt vel querendū: ſed hoc ter=
mino ligandū et frenandum eſt: cū fru=
ctus eius nullus ſit: et mors ſit finis il=
lius. Sed hic fouea eſt: que nolo vos la
teat. Inſidiatur em̄ voluptas ſanitati:
et tam ſubtili malignitate ꝓſequitur:
vt vix eam quis vł poſſit cauere vel no
uerit. Quod ſi voluptati ſeruitur nō ſa=
nitati: hoc iam nō de natura eſt. ſꝫ ſub
natura: que morti manus dat cum ma
giſtram conſtituit voluptatem. Sicut
autem corporis natura eſt ſanitas: ita
cordis natura eſt puritas. quia turba=
to oculo nō videt deus: et cor humanū
ad hoc factū eſt: vt ſuum videat creato
rem. Hic tamen ſimpliciter accipimus
puritatē: vt videlicet omnia que agi=
mus pure et ſimpliciter confiteamur
dn̄o in oratiōe: homini in cōfeſſione. Et
quia ſociale animal ſum⁹: ſi fieri poteſt
quod ex nobis eſt: pacem habeam⁹ cū
omnibus hominibus. Hec eſt enim lex
naturalis ſocietatis: vt omnia que no
bis fieri nolumus: alijs ne faciamus. ⁊
que nobis fieri volumus: alijs ſtudea=
mus impendere. Sanctorū animabus
que de huius mortalitatis carcere ad
celorum gaudia volauerunt debemus
imitationem: quia ſimiles nobis fuere
paſſibiles. Sed et illis qui non in tāta
ſanctitate: ſeu peracta penitentia exie
runt: cōpaſſionē debemus: ⁊ orationem
A ſanctis vero angelis auxiliū queren
dum eſt: quia āminiſtratorij ſpirit⁹ ſunt
miſſi propter nos vt hereditatē capia
mus ſalutis. Ab illo autem rex omniū
dn̄o pietas querenda eſt: vt ille cuius
natura bonitas eſt: ſm̄ multitudinem
miſerationū ſuarum miſereatur noſtri.
Ipi em̄ nos ⁊ amorē debem⁹ ⁊ ſubiectio
nem. Amorē qꝛ fecit: et benefecit nobis
Subiectionē qꝛ ſup nos eſt. Ita ergo et
ſanitatē corpori: puritatē cordi/ pacem
fratri/ imitationē ſanctis/ cōpaſſionem
mortuis/ auxiliū ab angelo/ pietatem a
deo ex archa naturaliū bonoꝝ habere
debem⁹. In his autē bonis reparamur
et quaſi quodāmodo reſtituimur in an=
tiquū dū ad ingenitā nature ſuauitatē
reuertimur: dū et nobis et his q̃ circa
nos ſunt: et q̃ ſupra nos ſunt/ debitum
rerum ordinē exhibemus: et hec quidē
pro bonis naturalib⁹. Spiritualia aūt
bona in quibus exercemur: vt ad eter=
na tēdamus longum eſt enumerare: ſu=
pra naturam enim eſſe noſcūtur. Nam
in ſpiritali exercitio debemus corpori
ſeruitutem: afflictionem/ laborem. Et
iſtā cordi puritatē debemus: vt inten
tione/ cogitatiōe/ et opere: hāc circūſpe
ctionē habeamus. vt et vita noſtra ſit
fructuoſa. ⁊ fama glorioſa: non que fru
ctificet ſibi: ſꝫ deo. nō q̃ glorificet ſe: ſꝫ
patrem ſuum qui in celis eſt. Cum his
quoq; qui oderūt pacem eſſe pacificū
diſcamus: portare omnes et a nemine
velle portari. Confitemur etiam mor=
tuis in ſpe cōgratulationem adhiben=
dam: quia prope eſt vt abſtergat deus
omnē lachrymā ab oculis eorū. San=
ctarum vero animarū et angelorū: ar=
denter conſpectum deſiderare debem⁹
In dn̄m aūt deū affectio tota dirigēda
eſt: vt diligamus nos propter ipm ⁊ ſu=
ſpiciam⁹ que ſit illa maieſtas: que cū=
cta faciat/ cuncta contineat/ et in quē
deſiderant rationales creature proſpi
cere. He ſūt ſemite ſpiritualis exercitij:
quibus religioſa mens et dilatatur et
delectatur: ad eterna bona ſe extendēs
Porro eterna bona illa ſūt: q̃ nec ocu=
lus vidit: nec auris audiuit: et q̃ nunq̃
exeūt ab illa patria que neſcit niſi gau
dium et iubilationem.

## ¶ Ca. lxxvi. De triplici gene= re iuſtorum. In quibuſdam dictis.

Eſt iuſtus qui in principio ſermo=
nis accuſator eſt ſui: et eſt iuſtus q̃
ex fide viuit: et eſt iuſtus qui abſq; ter=
rore eſt. Et primus quidem bonus: qꝛ
accedit ad vitam. ſecundus melior: qꝛ
currit per viam: tertius optimus: quia
iam appropinquat ad finem vite.

## ¶ Ca. lxxvij. De tribus q̃ fa= ciunt hominem ſanctum. In quibuſdā ſententijs.

TRia ſunt que ſanctum faciunt hominem: victus ſobrius: actus iuſtus: ſenſus pius. Uictus ſobrius erit ſi continenter: ſi ſocialiter/ſi obedienter/ id eſt caſte/caritatiue et humiliter vixerimus. Per continētiam enim caſtitas per ſocialitatem caritas: per obedientiam humilitas acquiritur. Actus iuſtus erit: ſi fuerit rectus: diſcretus/fructuoſus. Rectus per bonam intētionē: diſcretus per mēſurā poſſibilitatis: fructuoſus per vtilitatem proximorū. Sēſus pius erit ſi fides noſtra deum ſētit ſūme potētem: ſumme ſapientem: ſumme bonum. vt per eius potentiam: noſtram adiuuari credamus infirmitatē. per eius ſapientiam: noſtram credam⁹ corrigi ignorantiam. per eius bonitatē noſtram credam⁹ ablui iniquitatem.

¶ Ca. lxxviij. De triplici modo cōtemplationis. Super cantica. ſermone xxiij.

EST locus apud deum de quo ſua iura diſcernit: et diſponit conſilia ipſe vniuerſitatis gubernator: leges cōſtituens omni creature: pondus et mēſuram: et numerum. Et locus iſte alt⁹: et ſecretus. ſed minime quietus. Nam et ſi ipſe quātum in ſe eſt diſponit omia ſuauiter: tamen et contemplantem qui forte eo loco peruenerit: quieſcere non permittit: ſꝫ mirabiliter. q̄uis delectabiliter rimantem et admirantem fatigat: redditqꝫ inquietum. Eſt item locus de quo ſuper rationalē reprobam quidem creaturam imobilis vigilat ſecretiſſima ſereniſſimaqꝫ animaduerſio iuſti iudicis dei: terribilis in cōſilijs ſuper filios hominū. Cernitur inquam a timorato contemplatore: hoc loco de⁹ iuſto ſed occulto iudicio ſuo: reproborum nec diluens mala: nec acceptans bona: inſuper et corda indurans ne forte doleant et reſipiſcant et conuertantur et ſanet eos. Et hoc non abſqꝫ certa et eterna ratione: quod tanto formidoloſius conſtat eſſe: quanto immobilius fixum extat in eternitate. Habet hec viſio tremorē iudicij: nō ſecuritatē. Terribilis eſt loc⁹ iſte: et totius expers quietis. Sed eſt locus vbi vere quieſcens et quietus cernitur deus: locus omnino nō iudicis non magiſtri: ſꝫ ſpōſi. in quo deus non quaſi turbatus ira: nec velut diſtētus cura proſpicitur: ſed probatur in eo voluntas bona: et beneplacens/et perfecta. Uiſio iſta non terret: ſꝫ mulcet. inquietam curioſitatem ſedat: non excitat. nec fatigat ſenſus: ſꝫ tranquillat. Hic vere quieſcitur. Tranquillus deus tranquillat omia: ⁊ quietum inſpicere quieſcere eſt. Sed heu rara hora et parua mora: vt monſtratum eſt aperte. Et in priori loco exigua: ⁊ in ſecundo nulla percipitur quies: cum et illic apparens admirabilis ad indagādi ſtudium exerceat curioſitatem: ⁊ hic innoteſcens terribilis infirmitatem concutiat. At vero tertio iſto in loco: non plane terribilis: non tam ammirabilis q̄ amabilis apparere dignatur: ſeren⁹ et placidus: ſuauis et mitis: et multe miſericordie omnibus intuentibus ſe.

¶ Capi. lxxix. De tribus que impediunt contemplationem. ſermone quito. Sup omeliā. Intrauit ieſus. ⁊c.

COnſiderandū eſt tria eſſe que impediunt contemplationem. Et quidem anime noſtre oculus intelligentia eſt. Sicut enim oculo corporis lux corporea: et cetera queqꝫ corporalia videntur: ita deus qui eſt lumen incircūſcriptum: et eius inuiſibilia vtcunqꝫ intellectu percipiuntur. Utrunqꝫ vero oculum tria ſunt que ad videndum impediunt. Poteſt ſane fieri: vt oculus exterior ſanus ſit et pateat: ſed quoniam lux exterior ei deſit: nichil videat. E cōtrario fit aliquando vt preſens ei quidem lux ſit: ſed forte ſanguine ſeu quolibet humore concreto turbatus cernere minime poſſit. Iterum ſolet plerunqꝫ contingere vt neutrū deſit ei nec lux nec ſalus: ſed tamen aliqua pulueris interiectione ledatur: quo fit vt eius acies retundatur. Sunt ergo tria iſta que hunc oculum impediunt: tenebre: humor concretus: puluis iniectus

hec ipſa ſunt etiā quibus interior ocu
lus ille impeditur: ſed ⁊ alia noīa ſorti-
untur. Nā quod hic tenebre: ibi pecca-
ta dicūtur. Ipſa vero peccata cōfluunt
in memoriā quaſi in quandā ſentinā: ⁊
hic eſt ille humor cōcretus. Qđ autem
hic puluis dicitur: hoc ibi cura terre-
norum actuū nuncupatur. Hec ſunt ergo
tria que oculū intelligētie cōfundunt/
atq; a cōtemplatōe veri luminis exclu
dūt: tenebre ſcilꝫ peccatoꝝ: recordatio
eorūdē peccatoꝝ: cura terrenoꝝ actu
um. Cū enim luce iuſticie deſtituimur:
nichil aliud ꝙ̄ peccatoꝝ noſtroꝝ tene-
bras inuenimus. Quicūq; ergo mentis
oculum diuine cōtemplationi vult intē
dere: ꝑfecto neceſſe eſt vt eum prius ab
hoc triplici īpedimēto ſtudeat purga-
re. Qđ ſi quis facere cōtendat: nouerit
contra triplicē morbū/ triplex quoq; fo
re remediū. Nam primus quidē per cō
feſſionem: ſecūdus per oratione: terti⁹
curatur per quietem.

¶ Ca. lxxx. De tribus nouiſſi
mis metuēdis. In ſermone ſecundo de
apoſtolis petro ⁊ paulo: qui incipit. Sā
cti iſti. et cetera.

Filioli mei memoremur nouiſſima
noſtra: ne peccemus. Nimirum
ꝙ hec maxime recordatio faciat timo
ratum: timor expellat peccatū/ negligē
tiam nō admittat. Nouiſſima aūt nr̄a
ſunt mors/ iudiciū/ gehēna. Quid hor-
ribilius morte: quid iudicio terribili⁹?
Nam gehēna nihil poteſt intolerabili⁹
cogitari. Quid metuet ſi qs ad iſta nō
trepidat: nō expaueſcit / nō timore con
cutitur? Nā in morte nō magnū: nō par
uum aliquid de bonis huius mūdi ſe-
cum delatur⁹ eſt hō. In iudicio nec fal
lere: nec reſiſtere poſſibile erit. In gehē
na penitus nulla cōſolatio: ſed ꝑpetuū
ve/ vlulatus ⁊ fletus/ ⁊ ſtridor dentium.
Time ergo o homo ꝙ in morte ſeparā-
dus es a bonis oībus huius corporis:
et tam dulce carnis ⁊ aīe vinculū/ ama
riſſimo ſecandū diuortio eſt. Time ꝙ
in terribili iudicio ei preſentādus es: i
cuius manus horrendū eſt incidere/ et
eo examinā te quē nihil latet. Siquidē
inuenta fuerit in te iniquitas: alienād⁹
es ab vniuerſitate quietis ⁊ glorie/ ⁊ ſe
gregandus a numero beatoꝝ. Time ꝙ
in gehēna cruciatibus eternis ⁊ imēſis
exponendus es: in ſorte diaboli et ange
lorum eius: in igne eterno qui prepara
tus eſt eis.

¶ Ca. lxxxi. De triplici malo
quod paſſuri ſunt peccatores. In qui-
buſdam dictis: ſcilꝫ in meditationib⁹.

Malum triplex peccatores manet
Manet eni eos horror ī exitu: do-
lor in tranſitu/ pudor in cōſpectu glorie
magni dei. Quis ille pauor erit o aīa
mea cū dimiſſis oībus quoꝝ tibi preſē
tia eſt tā iocūda: tam gratus aſpectus:
cohabitatio ipſa tā familiaris/ ſola in-
grediēs in incognitā penit⁹ regionē: oc-
curſātia tibi catuati ruere ſup te teter
rima illa mōſtra videbis? Quis tibi in
die tante neceſſitatis occurret? Quis
tuebitur a rugientibus preparatis ad
eſcā? Quis cōſolabitur: quis deducet?
Per ignē etiam nobis tranſeundū eſt:
et vniuſcuiuſq; opus quale ſit/ ignis ꝓ-
babit ibi. Ibi aurū noſtrum vertetur in
ſcoriā. ibi vniuerſa impuritas reuelabi
tur. ibi veritas ipſa accepto tēpore qđ
nobis interim datū contēnimus: iuſti-
cias iudicabit. Quid vero illic omnes
iuſticie noſtre: niſi pānus mēſtruate re-
putabūtur? Quicqđ nunc paruipendē-
do trāſimus: palpādo tegim⁹/ diſſimu-
lando negligim⁹/ quāto illuc cruciatu
vindex flamma cōſumet? Iā vero poſt
ignem illum putas reſiduū aliquid in-
uenietur in nobis? Aut tantū erit vt au
deamus illud vultui maieſtatis offer-
re: aut eius ſic aſtare conſpectui? Quis
ille pudor erit: queve ꝯfuſio/ poſt tāta
bn̄ficia: tam tepidos / tā imꝑfectos/ tā
vacuos apparere āte faciē dn̄i dei nr̄i?
Quid nos poſt tāta flagitia: poſt tanta
facinora preſumemus? Qn̄ ab hac pur
gabitur confuſione oculus cordis cui
nunc operā dare negligim⁹: vt irreuer-
berata acie veri illius ſolis radios va-
leat intueri? Felix quidem anima que

fiducialiter inimicis ſuis in porta loq̄tur. Quid hic ſtas crueta beſtia? Nihil in me funeſte repies. Felicior cui⁹ opus nō arſerit quē ſuperedificaſſe aur: argētum / lapides precioſos / examen illud inueniet. Feliciſſimus qui ſine vlla nube cōfuſiōis: reuelata penit⁹ facie gloriam dn̄i ſpeculādo: in eādem imaginē trāſformabitur: et ſimilis erit illi vidēs eum ſicuti eſt: vtiq; ſuper om̄ia benedictus ꝛ laudabilis ꝛ glorioſus in ſecula.

## ¶ Ca. lxxxij. De tribus ſpeciebus conſiderationis ſuperne. In quīto libro de conſideratione.

Ubi ſum⁹ vallis eſt: ꝛ vallis lachrymar: in qua ſenſualitas regnat: ꝛ conſideratio exulat: in qua libere quidem et poteſtatiue ſe exerit ſenſus corporeus: ſed intricatus caligat oculus ſpiritualis. Et felix q̄ ſenſuū beneficiū ſine quo tranſire nō poteſt: in obſequiū cōuertere potuit: vtēs nō fruens: vrgēs non petens: exactor non ſupplex. Magnus ille qui vſum ſenſuū / quaſdā veluti opes expendere ſatagit: diſpenſando in ſuam ꝛ multorum ſalutē. Nec ille minor qui hunc ſibi gradū ad illa inuiſibilia philoſophādo conſtituit: niſi q̄ꝺ hoc dulcius / illud vtilius / hoc felicius illud fortius eſſe conſtat. At omniū maximus: qui ſpreto ipſo vſu rer ꝛ ſenſuū quantū quidē humane fragilitati fas eſt: nō aſcenſorijs gradib⁹: ſed inopinatis exceſſibus auolare interdū cōtemplando ad illa ſublimia ꝯſueuit. Porro hec tria ita contingunt cū conſideratio virtutis ſtudio ꝛ adiutorio gratie facta ſuperior: ſenſualitatē aut premit ne inſoleſcat: aut cogit ne euagetur: aut fugit ne inquinet. In primo potētior. In ſecundo liberior. In tertio purior. Puritatis ſiquidem ꝛ alacritatis pariter alis fit ille volatus. Uis tibi has conſiderationis ſpecies: proprijs diſtingui nominibus? Dicam⁹ ſi placet primā diſpenſatiuā: ſcd̄am eſtimatiuā: tertiam ſpeculatiuā. Diſpenſatiua eſt cōſideratio: ſenſibus ſenſibilibuſq; reb⁹ ordinate ꝛ ſocialiter vtēs ad promerendū deū. Eſtimatiua eſt conſideratio prudenter ac diligenter queq; ſcrutans et ponderans: ad veſtigandū deū. Speculatiua eſt ꝯſideratio ſe in ſe colligēs: ꝛ quantū diuinitus adiuuatur: rebus humanis eximens ad contēplandū deum. Puto vigilāter aduertis aliarū hanc eſſe fructum: ceteras ſi non referantur ad iſtā quod dicūtur videri poſſe: ſed non eſſe. Et prior quidē abſq; intuitu hui⁹ multa ſerit: et nihil metit. Sequēs vero niſi ad iſtā ſe dirigat vadit: ſed non euadit. Ergo q̄ꝺ prima optat: ſcd̄a adorat: tertia guſtat. Ad quē tamē guſtum perducunt et cetere et ſi tardi⁹: niſi q̄ꝺ prima laborioſius: ſcd̄a quietius peruenitur.

## ¶ Ca. lxxxiij. De tribus modis quibus veſtigandus eſt deus ꝛ beati ſpūs qui cū eo ſunt. Ubi ſupra

Deus et qui cum eo ſunt beati ſpiritus: tribus modis noſtra ſūt cōſideratione veſtigādi: opinione / fide / intellectu. Quorū intellectus rationi innititur: fides auctoritati: opinio ſola veri ſimilitudine ſe tuet̄. Habent illa duo certam veritatem: ſ; fides clauſā et inuolutā: intelligentia nudā et manifeſtā Ceterū opinio: certi nil habens: verū ꝑ veriſimilia querit: potius q̄ꝫ apprehendit. Oīno in his cauēda cōfuſio: ne aut incertū opiniōis fides figat: aut quod firmū fixū q; eſt fidei: opinio reuocet in queſtionē. Et hoc ſciendū / quia opinio ſi habet aſſertionē: temeraria ē. fides ſi habet heſitationē: infirma eſt. Item intellectus ſi ſignata fidei tētet irrūpere: reputatur effractor: ſcrutator maieſtatis. Multi ſuā opinionē intellectū putauerunt: ꝛ errauerūt. Et quidē opinio poteſt putari intellectus: intellect⁹ opinio nō poteſt. Unde hoc accidit? Profecto quia hec falli poteſt: ille non poteſt Aut ſi falli potuit: intellectus non fuit ſed opinio. Uerus nēpe intellectus certam habet nō modo veritatē: ſed et notitiam veritatis. Poſſum⁹ ſingula hec ita diffinire. Fides eſt voluntaria quedam et certa prelibatio necdum propalate veritatis. Intellectus eſt rei cu-

inſcꝫ inuiſibilis certa ⁊ manifeſta notitia. Opinio eſt quaſi pro vero habere aliquid quod falſū eſſe neſcias. Ergo vt dixi: fides ambiguū non habet: aut ſi habet fides non eſt: ſed opinio. Quid igitur diſtat ab intellectu? Nempe ꝙ ⁊ ſi nō habet incertū: nō magis ꝙ̄ intellectus: habet tamen inuolutū quod non intellectus. Deniqꝫ qđ intellexiſti: non eſt de eo quod vltra queras: aut ſi eſt/ nō intellexiſti. Nil autem maluimꝰ ſcire: ꝙ̄ que fide iam ſcimus. Nil ſuperit ad beatitudinem. Cūqꝫ iam certa ſunt nobis: erunt eque et nuda.

¶ Ca. lxxxiiij. De tribus que faciunt mortē ſanctorū precioſā in conſpectu dn̄i. In quibuſdā ſententijs.

PReccioſam in conſpectu dn̄i mortē ſanctoꝝ eius: facit aliquādo vita aliquādo cauſa: aliqn̄ vita ſimul cum cauſa. In confeſſoribus qui in dn̄o moriuntur: facit precioſā vita. In martiribus qui pro dn̄o moriunt: facit eā precioſam aliquādo ſola cauſa. aliquādo cauſa pariter ⁊ vita. Et illa quidē mors precioſa eſt/ quā cōmēdat vita: ꝑcioſior quā facit cauſa: precioſiſſima ꝟo quā preuenit vita ſimul cum cauſa.

¶ Ca. lxxxv. De triplici genere ſanctorū. In ſermone. v. de omnibus ſanctis: qui incipit. Feſtiua eſt nobis.

SUnt ſancti de celo: et ſūt ſcti de terra: itēqꝫ eoꝝ qui de terra ſunt: quidam adhuc in terra: aliqui iam in celo Sed inter ſanctos ⁊ ſctōs diſtat idqꝫ nō parū. Nec modo dico ꝙ alius alio ſanctior. Hec em̄ quātitatis potius ꝙ̄ qualitatis diſtantia eſt: ſed quod nō modo maius ⁊ minus: verum etiā aliter atqꝫ aliter ſanctos dici: ⁊ vere dici inueniamus. Et forte inter angelos et homies aſſignari poſſit iſta diuerſitas ſanctitatis. Neqꝫ em̄ tanꝙ̄ triūphantes honorari poſſe videntur: qui nunꝙ̄ pugnaſſe noſcuntur. Aliter tamē honorandi ſunt nimis etiā ipſi tāꝙ̄ amici tui deus cuiꝰ nimirū volūtati ſemper adheſerūt: tanta vtiqꝫ felicitate quāta facilitate. Niſi forte in eo pugnaſſe credūtur ꝙ peccantibus alijs viriliter perſtiterunt: nō abeuntes in conſilio impioꝝ. Honoranda ergo in eis benignitas dei: nō ad penitētiam adducens: ſed abducens ab oībꝰ quibus penitentia deberet. nō eripiēs a tentatiōe: ſed a tentatione cōſernās. Aliud ſane in his ſanctitatis genus et proprio modo videbit honorandū: qui venerunt ex magna tribulatione: et dealbauerūt ſtolas ſuas in ſāguine agni: qui poſt multos agones iam nūc triūphāt in celis coronati: qm̄ legitime certauerunt. Eſt ne adhuc ſanctorū aliqđ tertiū genus? Eſt ſed occultū. Sunt em̄ ſancti qui adhuc militant: adhuc pugnant. currunt adhuc: necdū cōprehenderūt. Latet eiuſmodi ſanctitas penes deum/ clauſa eſt. Siquidē neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit: ſed in futurum omnia reſeruantur incerta.

¶ Cap. lxxxvi. De triplici ſtatu ſanctoꝝ. In ſermone. iij. de omnibus ſanctis. Aduertiſtis niſi fallor. ⁊c.

TRes ſūt ſanctaꝝ ſtatus animaꝝ. Primus in corpore corruptibili. ſecundus ſine corpore/ tertius in corpore iam glorificato. Primus in militia/ ſecundus in requie. tertius in beatitudine cōſummata. Primus deniqꝫ in tabernaculis: ſcđs in atrijs: tertius in domo dei. Quā delicta tabernacula tua dn̄e virtutū: multomagis tamen atria cōcupiſcibilia: ſed beati om̄ino qui habitant in domo tua dn̄e. In dedicatiōe ſermone q̄rto. O admirabilis domus: et dilectis tabernaculis/ et atrijs concupiſcibilibus preferēda. Siquidē glorioſa dicta ſunt de te domus dei. In tabernaculis enim gemitus penitētie. In atrijs guſtus leticie: in te ſacietas glorie. Hec quidē infima/ domus oratiōis: media expectatiōis: tu gratiaꝝ actionis ⁊ laudis. Felix proinde qui hic declinauerit a malo qđ eſt culpa: ⁊ fecerit bonū. vt illic a malo qđ pena eſt liberetur: in te recipiat bonū. Hic nimirū primitie ſpūs: illic diuitie: in te plenitudo Hic deniqꝫ fiunt ſancti: illic ſecuri: in te beati. He ſiquidē primitie ſpūs ꝙ̄ mili-

tantib⁹ interim prerogant:ſanctitas in cōuerſatōe:pietas in intentiōe:vtus in colluctatiōe. In ſanctitate cōuerſationis penitentie fruct⁹ intellige:et corporalia queqꝫ diuinoꝝ exercitia mandatorū. At qm̄ hec niſi ſimplex fuerit oculus ſimplicia eſſe nō poſſūt: neceſſario pietas intētionis ꝛ puritas cordis exigitur:ne vł honoris ābitus/vel laudis ſurripiat appetitus. Memento tñ ſolā ex oibus pſeuerantiā coronari: nec eandem facile poſſe inter tot diſcrimia vendicari:niſi multiplicē obtineas in tam multiplici colluctatione virtutē. Hec in tabernaculis. Porro in atriis:que poſt moleſtos conflictus:amena iocūditate fouendos excipiūt exūtes: iam diuitie ſpūs erogant:requies a laborib⁹:ſecuritas a ſolicitudinibus:pax ab hoſtib⁹ Ubertatē aūt domus illius ꝛ torrētem voluptatis:nec oculus vidit:nec auris audiuit: nec in cor homis aſcēdit. Nec ergo audire velis o homo qđ auris hominis non audiuit:nec ab hoie queras qđ humanus nec oculus videt:nec animus capit. Eia ergo viriliter interim in tabernaculis militem⁹: vt ſuauiter deinde in atriis quieſcam⁹: vt nouiſſime in domo ſublimiter gloriemur.

## ¶ Ca.lxxxvij. De triplici gaudio qđ habēt ſancti ſcꝫ añ mortē/ ante iudiciū/poſt iudiciū. In ſermone.ij.de oib⁹ ſctis:ꝗ incipit. Ut ſanctoꝝ oim.ꝛc.

Est teſtimoniū cōſcientie nō quod perhibeat cōſcientia:ſed quod loquit ſpūs veritatis in ipſa: teſtimoniū perhibens ſpiritui noſtro ꝙ filij dei ſumus. Cum enim veritas applaudit:cū iuſticia atteſtatur:dei ſine dubio cōmēdantis vox eſt:et ſpiritusſancti teſtimonium perhibentis. Itaqꝫ dū adhuc militant gaudēt vtiqꝫ electi dei:ſed tantū de primiciis ſpiritus. qui ꝛ infirmitatē eorum adiuuat virtute ſua:et puſillanimitatē eorū atteſtatione ſua cōſolat. Jam vero cōſūmato militie tempore: gaudiū habent ſancti etiā in ſpū ſuo. ꝛ licet nō plenā: hñt tamen leticiā multā in corde ſuo:donec veniat dies illa qua implebit eos dñs leticia cū vultu ſuo: in qua gaudium habituri ſūt/etiam in corpore ſuo. Ad requiem enim exute a corporibus anime ſancte protinus admittuntur:ad gloriā regni/non ita. Interim conuertūtur in requiē ſuam:donec veniat dies qua introire mereātur in requiē domini. Jam vero nemo ex vobis paruā aliquam requiē aut leticiā ſuſpicetur eorū qui ab omni penit⁹ moleſtia liberi recogitāt annos ſuos i dulcedine anime ſue: letantur pro diebus quibus humiliati ſunt:annis quib⁹ viderunt mala:cū iocunda ammiratione conſiderant pericula que euaſerūt/labores quos pertulerūt/certamina que vicerunt:et pro his omibus certa ꝛ indubitata fide expectant beatā ſpem/ꝛ aduentū glorie magni dei/ꝛ ſaluatoris ſui qui reſuſcitabit ꝛ reformabit corpora eorꝫ: configurata propriij corporis claritati. Quāta eſt felicitas eorum ꝙ immenſa leticia: qui nimirum triplici gaudio de recordatione tranſacte virtutis:de exhibitiōe preſentis quietis: de certa expectatione future conſummationis exultāt. Ubi ſupra. ſermōe tertio In illam eni beatiſſimā domū nec ſine nobis intrabunt cum corporibus ſuis: id eſt nec ſancti ſine plebe:nec ſpiritus ſine carne. Neqꝫ enim preſtari decet integram beatitudinē/donec ſit homo integer cui detur:nec perfectione donari eccleſiam imperfectā. Acceperūt tamē iam ſingulas ſtolas:ſed non veſtientur duplicibus/donec veſtiamur et nos. Stola enim prima ipſa eſt quā dixim⁹ felicitas ꝛ requies animarū. ſecūda vero imortalitas/ꝛ gloria corporum.

## ¶ Ca.lxxxviij. De tribus cōſiderandis in feſtiuitatibus ſanctorū. In ſermone de vigilia apoſtolorum petri et pauli.

Tria ſunt que in feſtiuitatibus ſāctorum vigilāter cōſiderare debemus: auxiliū ſancti/exemplū eius/confuſionem noſtrā. Auxilium eius:qꝛ qui potens in terra/potētior in celis eſt āte faciem dñi dei ſui. Si eni dū hic adhuc

viueret miſertus eſt pctõꝛibus ⁊ orauit
pro eis: nunc tanto plus quãto verius
agnoſcit miſerias noſtras. orat pro no=
bis patrẽ: quia beata illa patria cari=
tatem eius non imutauit: ſed augmen
tauit. Neqꝫ enim qꝛ impaſſibilis oĩno/
ideo incõpaſſibilis factus eſt: ſed nunc
potius induit ſibi viſcera mie/ cũ ante
mie fontẽ aſſiſtit. Debemus etiã atten
dere exemplũ eius: qꝛ q̃diu viſus eſt in
terris ⁊ cum hoĩbus cõuerſatus eſt: nõ
declinauit ad dexterã/ neqꝫ ad ſiniſtrã:
ſed viã regiam tenuit. Intuemini humi
litatem operũ eius/ auctoritatẽ verbo=
rum eius: ⁊ tũc videbitis quõ tam vbo
q̃ exemplo luxerit inter hoĩes: qualia
nobis veſtigia dereliquerit: vt ambule
mus per ea et in eis. Sed ⁊ diligentiori
intuitu cõfuſionẽ noſtrã aſpiciam⁹: qꝛ
homo ille ſimilis nobis fuit paſſibilis
ex eodem luto formatus ex quo et nos
Quid ergo eſt qđ non ſolũ difficile ſed
impoſſibile credim⁹: vt faciam⁹ opera
que fecit/ vt ſequamur veſtigia ei⁹? Cõ
fundamur ⁊ cõtremiſcamus ad vocem
iſtam: ſi forte hec cõfuſio adducat no=
bis gloriã: ſi forte gratiã generet nobis
timor iſte. Hoĩes iſti fuerunt qui p̄ceſſe
runt nos: qui tam mirabiliter proceſſe
runt p vias vite: vt vix eos hoĩes fuiſſe
credamus. Sic ergo in ſanctorũ feſtiui
tatibus ⁊ gaudere ⁊ confundi debem⁹
gaudere qꝛ patronos premiſimus: cõ=
fundi quia eos imitari non poſſumus.
Ita ſemp gaudium noſtrũ in hac valle
lacrimarũ: lacrimarũ pane condiri de=
bet: vt ſemper non ſolũ extrema: ſed et
prima gaudij occupet luctus. quia etſi
magna eſt gaudiorum materia: ſꝫ ma
xima dolorum.

## ¶ Cap. lxxxix. De triplici de=ſiderio ꝓuenienti ex memoria ſanctoꝝ.

In ſermone quinto de oĩbus ſanctis: q̄
incipit. Feſtiua nobis eſt dies hec.

Ulgo dicitur. Quod nõ videt ocu=
lus: cor nõ dolet. Oculus me⁹ me=
moria mea: et cogitare de ſanctis quo=
dãmodo eos videre eſt. Sit nẽpe portio
noſtra in terra viuẽtiũ nec modica ſane
portio: ſi tamen vt decet memoriã affe=
ctio comitet: ſic inquã conuerſatio nr̃a
in celis eſt. Ueruntamen non ſic noſtra
ſicut illorũ. Ipſorũ enim ſubſtantia ibi
eſt: noſtra aũt deſideria. ipſi per p̄ſẽtiã:
nos per memoriã ibi ſumus. Qñ et nos
addemur ad patres noſtros: qñ eſſẽtia
liter p̄ntabimur eis? Hoc eni primũ de=
ſideriũ quod in nobis ſanctoꝝ meõria
vel excitat vel incitat magis: vt eorum
tam optabili ſocietate fruamur: vt me
reamur cõciues ⁊ cõtubernales eſſe ſpi
rituum beatorũ. miſceri cetui patriar=
charũ/ cuneis ꝓphetarũ/ ſenatui apo=
ſtolorũ/ martyrũ exercitib⁹ numeroſis
confeſſoꝝ collegijs/ virginũ choris/ in
omniũ deniqꝫ colligi ⁊ colletari cõmu=
nione ſanctoꝝ. Singuloꝝ quippe recor
datiões quaſi ſcintille ſingule: imo q̃ſi
ardẽtiſſime faces: deuotos accendunt
animos. vt eorũ et conſpectũ ſitiant et
complexũ: adeo vt plerũqꝫ etiam inter
eos eſſe ſe reputẽt. modo ad oẽs ſimul
modo ad hos vel ad illos tota auidita
te ⁊ vehemẽtia corda vibrãtes. Nõ mõ
tantũ ſocietas: ſed etiã felicitas nobis
optanda eſt ſanctoꝝ. vt quoꝝ deſidera
mus preſentiã: gloriã quoqꝫ feruẽtiſſi=
mis ſtudijs ambiamus. Sane vt eã no
bis ſperare liceat/ et ad tantã beatitu=
dinẽ aſpirare: ſũmopere nobis deſide=
randa ſunt ſuffragia quoqꝫ ſanctoꝝ. vt
quod poſſibilitas nr̃a non obtinet: eoꝝ
bis interceſſione donet. Hec nr̃a et eoꝝ
coherẽtia eſt: vt nos cõgratulemur eis
ipi ꝯpatiãtur nobis: vt deuota medita
tione regnemus in eis: ipi in nobis/ ⁊ ꝓ
nobis militẽt pia interuẽtione. Nec eſt
q̄ de eoꝝ pia erga nos ſolicitudie dubi
temus: qñquidẽ nõ cõſummãdi ſine no
bis. expectãt nos vſqꝫ dũ retribuat no=
bis: vt videlicet i nouiſſimo die magno
feſtiuitatis oĩa ſimul in virũ perfectum
cum ſuo tam excelſo capite mẽbra con
currant: ⁊ laudetur cuꝫ hereditate ſua
Jeſus criſtus dominus noſter.

## ¶ Cap. xC. De triplici pleni=tudine habenda in futura vita.

In qui
buſdam dictis.

IN illa patria que neſcit niſi gau=
dium ⁊ iubilationē nihil deeſt. Ec
ce abundātia qua impleat hūana cu=
piditas. Que ē iſta copia vbi nihil qđ
nolis ſit: totū ſit quod velis? Q; ſi nihil
deerit nobis: aliquid autem nos latu=
erit: nunquid erit gloria conſummata?
Ideo nihil latebit nos. Et ecce ſapien=
tia qua curioſitas hoīs ſacietur. O ſa=
pientia qua tunc omīa q̄ in celo et que
in terra ſunt: perfectiſſime cognoſcem⁹
in ipſo fonte ſapiētie rerū oīm cognitō
nem bibētes. Non metuā ſuſpitiones:
nō timebo cōſilia: qꝛ ciuitas illa (iuxta
iohannē) puriſſimo vitro ſimilis erit. vt
ſicut per vitrū lucidiſſime cernimus: ſic
aliorum cōſciētias clariſſime videam⁹.
Quid ſi ⁊ nihil defuerit ⁊ nihil latuerit:
maneat autē timor ⁊ anxietas amitten
di? Ideo nihil terret. Et ecce potētia q̄
humana infirmitas roboretur. Qui po
ſuit (inquit) fines tuos pacem ⁊ confor=
tauit ſeras portarū tuaꝝ: ita vt nullus
inimicus intret/ nullus exire poſſit ami
cus. Ubi ergo ſumma abundātia/ ſūma
ſapientia/ ſumma potentia eſt: puto ꝙ
nichil deſit plenitudini beatitudinis/
quātum ſpectat ad ſummā felicitatis
humane.

## ¶ Ca. xCi. De triplici modo fruendi deo in futura vita. In ſer. q̄rto de oībus ſctis: q̄ incipit. Cū de altari.

TRipliciter in eterna illa et ꝑfecta
beatitudīe fruemur deo: vidētes
eum in oībus creaturis/ hn̄tes eū in no
biſipſis. Et qđ his oībus ineffabiliter
iocūdius ſit atqꝫ beatius: ipſam quoqꝫ
cognoſcētes in ſemetipſa trinitatē. ⁊ glo
riam illā ſine vllo enigmate: mūdo cor
dis oculo contēplātes. In hoc enī erit
vita eterna vt cognoſcam⁹ patrē et filiū
cum ſancto ſpū: ⁊ videamus deū ſicuti
eſt. i. non mō ſicut ineſt nobis: videlicet
aut ceteris creaturis/ ſed ſicut eſt in ſe=
metipſo. Unde duo illa velut circūiacē
tia eſſe vidētur que prediximus: et quaſi
cortex tritici. Hec vero cognitio ſumma
beatitudīs: tritici medulla: adeps fru=
menti: quo ciuitas ſctā ieruſalē ſaciat.
Uerum ꝙꝫ magna eſt beatitudo illa: tā
abſcōdita eſt ab oculis noſtris. qm̄ nec
oculus vidit/ nec auris audiuit/ nec in
cor hoīs aſcēdit: quāta claritas/ quāta
ſuauitas/ q̄ꝫta iocūditas/ maneat nos
in illa cognitione. Pax dei eſt illa q̄ exu
perat oēm intellectū: quāto magis om
nem ſermonē noſtrū? Qđ ergo nulli da=
tum ē experiri nullus conet̄ effari. Ibi
cumulus felicitatis/ ibi ſupemines glo
ria/ ibi ſupeffluens beatitudo. Nā quō
vidēdus ſit in creaturis/ quō in nobis
habēdus: poſſum⁹ vl' ex parte cōijcere
in ipſis nimirū quas accepimus iā pri
micijs ſpūs. Cognitio aūt illa oīno ad
huc nobis incognita eſt/ mirabilis fctā
eſt/ ꝯfortata eſt: vt nō poſſimus ad eā.
At vero queadmodū in creaturis vidē
dus ſit: poſſumus aliquaten⁹ intellige=
re/ nimirum cum ⁊ mō videatur in ipſis
Uerum quātumcūqꝫ ꝓficiat quis intel
ligendo cōſpicere ꝙꝫ potētiſſime/ ꝙꝫ pru
dētiſſime/ ꝙꝫ benigniſſime maieſtas et=
na fecerit omnia: cuncta regat/ ordinet
vniuerſa/ prorſus modicū ab eo qđ eſt
comprehendit. Ueniet autē quādo iam
ſequemur agnū quocūqꝫ ierit: et in omi
bus conſequemur creaturis. vt in omi=
bus gaudeamus: quod eſt gaudiū dn̄i
Gaudeamus ſane in oībus: ſed nō ali=
unde ꝙꝫ de ipſo. ſicut ipſe nō alijs fruit̄:
ſed ſemetipſo.

¶ Explicit Liber Octauus.

## ¶ Incipiunt capitula libri. ix.

De quattuor virtutib⁹: quibus veſtit⁹
fuit primus homo. i.
De quattuor ſtatibus ꝑcedētibus con
uerſionem noſtram ij.
De quattuor diebus penitētie iij.
De quattuor gradib⁹ aſcenſionis. iiij.
De duplici morte: et duplici reſurrecti
one. v.
De quattuor fontibus ꝓdeuntibus de
paradyſo ſpiritali vi.
De quadruplici cōſcientia. vij.
De quattuor affectionib⁹ anime. viij.
De q̄ttuor ꝟtutib⁹ nobis neceſſarijs. ix
De quattuor modis orandi. x.
De q̄ttuor quib⁹ debitor eſt homo. xi.

De quadruplici cōpunctione. xij.
De q̄ttuor generib⁹ lacrimarū. xiij.
De q̄ttuor moleſtijs hominis xiiij.
De q̄ttuor q̄b⁹ſeruit hō in hac vita. xv.
De q̄ttuor generib⁹ hominū regnū celorum poſſidentiū. xvi.
De q̄ttuor generib⁹ tentationū. xvij.
De q̄ttuor cornib⁹ crucis xviij.
De q̄druplici ſuperbia. xix.
De q̄ttuor modis q̄bus itur ad cōſiliū impiorum. xx.
De q̄ttuor pedibus q̄b⁹ cathedra peſtilentie ſubſiſtit. xxi.
De q̄ttuor modis hominū xxij.
De q̄ttuor generib⁹ hominū. xxiij.
De q̄ttuor rotis curr⁹ ſpiritalis. xxiiij.
De q̄ttuor ſpinis xxv.
De duob⁹ bonis q̄ oculū interiorē faciunt ſimplicem: et duob⁹ malis q̄ eū faciunt nequam. xxvi.
De quadrifaria diuiſione oculi interioris. xxvij.
De q̄drifaria diuiſiōe ſupradctā. xxviij
De q̄druplici iuſticia. xxix.
De q̄ttuor riuulis deſcendentib⁹ de fōte chriſto. xxx.
De q̄ttuor ordib⁹ in ꝓceſſiōe dn̄i. xxxi.
De q̄ttuor generib⁹ ſpirituū. xxxij.
De q̄ttuor fontib⁹ prodeūtib⁹ de paradyſo noſtro criſto domino xxxiij.
De q̄ttuor beneficijs dei. xxxiiij.
De quattuor ſpeciebus contemplationis. xxxv.
De q̄ttuor gradib⁹ amoris. xxxvi.
De lōgitudine: latitudine: ſublimitate et profunditate. xxxvij.

¶ Expliciūt capitula libri noni.

## ¶ Incipit liber nonus De virtutib⁹ q̄ttuor q̄b⁹ veſtit⁹ fuit prim⁹ hō. In ſer. i. de annūciatiōe dn̄ica. ca. i.

q Uattuor his virtutibus miſericordia et veritate: iuſticia et pace: amict⁹ fuit prim⁹ homo ab ipſo ſue creationis exordio. Eſt enim in his q̄ttuor: ſalutis integritas. Nec ſine his omib⁹ poteſt cōſtare ſalus. Preſertim cum nō poſſint eſſe virtutes: ſi abinuicē ſeparētur. Acceperat igit̄ homo m̄iam cuſtodem ſcilȝ atq̄ pediſſequā: vt ipſa preueniret: ipſa et ſeq̄retur eū: ipſa quoq̄ protegeret ⁊ cōſeruaret vbiq̄. Sed erat illi neceſſari⁹ etiā eruditor tanq̄ ingenue et ratōabili creature: vt nō ſicut iumentū aliq̄d cuſtodiret̄: ſȝ tanq̄ ꝑuul⁹ educaretur. Cui ſane magiſterio nemo poterat aptior īueniri q̄ veritas ip̄a q̄ eū in agnitionē ſūme produceret aliq̄n veritatis. Interim vero ne ſapiēs inueniret̄: vt faceret malū. eſſetq̄ peccatum ei tanq̄ ſciēti bonū ⁊ minime faciēti: iuſticiā quoq̄ q̄ regeret̄ accepit. Adhuc aūt ⁊ pacem q̄ frueret̄ ⁊ delectaret̄ addidit man⁹ benigniſſima creatoris. Pacē vtiq̄ duplicē: vt nec int⁹ pugne nec foris timores / id eſt nec caro cōcupiſceret aduerſus ſpiritū: nec eſſet ei vlla creatura formidini. Nā et beſtijs oībus libere impoſuit noīa: ⁊ ſerpēs ipſe q̄d violentia nō preſūpſit: fraude magꝫ eū agreſſus eſt. Quid huic deerat quem m̄ia cuſtodiebat: docebat veritas: regebat iuſticia: pax fouebat?

## ¶ Ca. ij. De quattuor ſtatib⁹ precedentib⁹ conuerſionē noſtram. In q̄buſdam dictis.

V Ident̄ michi q̄ttuor interdū conuerſionem noſtrā precedere ſtat⁹. Unus ſub nobiſipſis: tres ſub principe mūdi hui⁹. Eſt enim aīa ſub ſeipſa: cū propriam ſeq̄tur volūtatē: libertate ꝑniciosa gaudēs. Et ſub ſe cū proprie ſatiſfaciens volūtati: necdū tn̄ poſſidet̄ a vicijs ⁊ peccatis. Quī q̄ facit peccatū: iam non ſuuſipſi⁹ ſeru⁹ eſt: ſed peccati. Uerūtamē tripliciter michi vident̄ hoīes eſſe ſub principe tenebrarū. Primū q̄dē nec volētes nec nolētes q̄d cōuenit his q̄ necdū habēt volūtatis vſū: ſūt tamē vaſa ire propter originale peccatū: donec alligato forti vaſa ei⁹ diripiat fortior per ſacramēta aduenīēs. Sc̄do volentes cū iam volūtarie peccāt. Tertio quoq̄ mō nolētes: cū iam q̄dem reſipiſcere vellēt: niſi q̄ peccati cōſuetudine miſerabilit̄ obligati iuſto dei iudicio. q̄ in ſordibus ſūt: ſordeſcant adhuc.

¶Ca.iij.De quattuor diebus penitentie. In ſer.qrto de aſſūptione: q̄ incipit. Tempus loquendi.ꝛc.

EGo primā arbitror timoris diem/ qua nimirū irradiāte cordibꝰ noſtris peccato morimur: et quodāmodo ſepelimur in cōſciētijs noſtris. Scda ni fallor agitur in labore certamis. Solꝫ nāqꝫ inter primordia cōuerſionis acriꝰ inſurgere tentatio praue ꝯſuetudinis: et vix extingui poſſūt iacula ignita diaboli. Tertia nihilominꝰ eſſe doloris videtur: dum recogitat quis annos ſuos in amaritudine anime ſue: nec tam laborat declinādo futura qꝫ p̄terita plangendo deplorat. Miraris ꝙ hos dixerim dies? Sed tales dies/ dies nebule et caliginis: dies luctus ꝛ amaritudis. Sequitur dies pudoris non diſſimilis tribus: quoniā iam horribili cōfuſione operitur anima miſeranda: dum nimis conſiderat que et quāta deliquerit/ et in oculis cordis tetras verſat imagines peccatoꝝ. Animus huiuſcemodi nihil diſſimulat: ſed exaggerat vniuerſa: non ſibi parcit durus iudex in ſemetipſum Utilis quidē exacerbatio et digna miſeratione crudelitas: facile ſibi diuinā concilians gratiam/ dum pro eo mens emulatur etiam contra ſemetipſam.

¶Ca.iiij.De quattuor gradibus aſcenſionis. In q̄buſdā dictis.

QUattuor gradus aſcenſionis eſſe dicimus. Primus ad cor. ſecūdꝰ in corde. tertius de corde. quartus ſupra cor. In primo timetur dominus. in ſecundo auditur ꝯſiliarius. in tertio conſideratur ſponſus. In quarto videtur deus.

¶Ca.v.De duplici morte et duplici reſurrectione. Ubi ſupra.

DUe ſunt mortes: et totidē reſurrectiones. Prima mors anime: ſecūda corporis. Mors anime: ſeparatō a deo. mors corporis: ſeparatio anime a corpore. Hanc operatur peccatū: illā pena peccati. Itē prima reſurrectio aie ſecūda corporis. Reſurrectionē anime operatus eſt humilis et occultus criſti aduentus. Reſurrectionē corporis glorioſus ꝛ manifeſtus chriſti perficiet aduentus. Sed aia inuiſibilis eſt ad imaginem dei creata: rectuꝫ quidem fecit deus hominē ad imaginē et ſimilitudinem ſuam. Unde ꝛ exterior homo: id eſt corpus in forma ſua rectꝰ apparet habens vitam ꝛ ſenſū: vt per hunc exteriorem ꝛ viſibilem/ illum interiorem et inuiſibilem intelligeremus qui rectus eſt in voluntate/ viuus in cognitione/ ſenſibilis in amore. Et ſicut corpus.i.exterior homo in reſurrectiōe vitam ꝛ ſenſum recipiet: ita ꝛ in reſurrectione ſua aia.i. interior homo recipit: id eſt cognitionē ꝛ amorem. Cognitio autem vita: amor ſenſus. Sicut homo exterior in vita ſua non diſcernitur: quia in toto ſuo equaliter viuit. in ſenſu autē diſcernit̄ in quinqꝫ partes notiſſimas: ſciliꝫ viſu/ guſtu/ auditu/ odoratu/ et tactu. quia aliter ſentit in oculo/ aliter in aure/ ꝛ ſic in ceteris. Ita interior homo in cognitione quidē non diſcernitur: ſed in amore. Et ſicut ille in quinquepartito ſenſu diuiditur: ita iſte circa quiqꝫ inuiſibilia dei afficitur: que ſunt veritas/ iuſticia/ ſapientia/ caritas/ eternitas. Aliter enim afficitur circa veritatē quam diligit ꝓpter libertatē.. Aliter circa iuſticiā quā diligit propter equalitatem. Aliter circa ſapientiā: quam diligit propter ſuauitatem. Aliter circa caritatem: quam diligit propter virtutē. Aliter circa eternitatem: quā diligit propter ſecuritatē

¶Cap.vi. De quattuor fontibus prodeūtibus de paradiſo ſpiritali In quibuſdam dictis.

HAbet fidelis anima paradyſū ſuam: ſpiritalem quidē non terrenā Et idcirco priori illo delectabiliorem ꝛ ſecretiorem. In hoc delectatur anima: ſicut in omnibus diuitijs. De hoc paradyſo prodeūt fontes quattuor: id eſt veritas/ caritas/ virtus/ et ſapientia. De his fontibus laborāti anime: ſalubres aque hauriūtur. Laborat eni aia humana quadruplici morbo viciorum

ſcilicet timoris/ concupiſcentie/ ꝓprie
iniquitatis/ ignorātie. Tiore eni victa
in vicium cogitur. cōcupiſcētia illecta
in vicium trahit. propria iniquitate vo
luntarie viciū ſequit. ignorātia ſeducta
in viciū labitur. Cōtra puſillanimitatē
que ꝓuenit ex vicio timoris: aqua preſi
diorum de fonte virtutis. Cōtra cōcu=
piſcētiam tēporalis voluptatis: aqua
deſiderioꝝ de fonte caritatis. Contra
maliciā volūtarie iniqtatis: aqua iudi
ciorum de fonte veritatis. Cōtra falla=
ciam ignorātie: aqua cōſilioꝝ de fonte
ſapientie. Et hoc in gaudio: vt q̄ prius
gemebat ſub pōdere vicioꝝ/ modo gau
deat in adeptione virtutū. comparādo
ſibi de aquis cōſiliorum prudentiā: de
aqua preſidioꝝ fortitudinem: de aqua
deſideriorū temperantiā: de aqua iudi
ciorum iuſticiā. vt i aduerſis fortitudo
expellat puſillanimitatē. in ꝓſperis tē=
perantia refrenet laſciuiā. In agendis
iuſticia excludat iniquitatē. in dubijs
prudentia inſtruat ignorantiam.

## ¶Ca. vij. De quadruplici cō ſcientia. In quibuſdam dictis.

Laborat ⁊ requieſcit aia in cōſcien
tia: quia cōſcientia alia bona ⁊ nō
tranquilla. alia trāquilla: et non bona.
alia nec tranquilla: nec bona. alia bo=
na et trāquilla. Tranquilla ⁊ nō bona
eorum eſt qui in ſpe peccāt: ⁊ dicunt in
corde ſuo ꝙ deus nō requiret/ ⁊ iſta ma
xime adoleſcentium. Bona et non tran
quilla eorū eſt qui iam cōuerſi ad dn̄m
recogitant annos ſuos in amaritudine
Nec bona nec tranquilla eorum qui in
multitudine peccatoꝝ deſperant. Bo=
na et tranquilla eorū qui carnem ſpi=
ritui ſubdiderūt: qui cum his qui ode=
runt pacē ſunt pacifici. Hic eſt lectus
anime: in hoc requiē capit anima.

## ¶Ca. viij. De quattuor affe= ctionibus aie. In quibuſdā ſententijs.

Quattuor ſunt affectiones: amor ⁊
leticia/ tior/ ⁊ triſticia. Abſq͡ his
non ſubſiſtit humana anima: ſed qui=
buſdam ſunt in coronā: quibuſdā in cō
fuſionem. Purgate enim ⁊ ordinate glo
rioſam in virtutū corona reddunt ani=
mam: inordinate per cōfuſionē deiectā
et ignominioſam. Purgantur autē ſic.
Si amātur que amāda ſunt: ſi nō amā
tur que amanda nō ſunt: amor purga=
tus erit. Sic de ceteris. Ordinātur aūt
ſic. In initio timor: deinde leticia/ poſt
hanc triſticia/ in conſūmatione amor.
Compoſitio quorū talis eſt: de timore
et leticia naſcitur prudētia. et eſt timor
cauſa prudentie: leticia fructus. De le
ticia et triſticia: naſcitur temperantia.
cuius eſt triſticia cauſa: leticia fructus
De triſticia et amore naſcitur fortitu=
do: et eſt triſtitia cā fortitudinis: amor
fructus. De amore et timore naſcitur
iuſticia: ⁊ eſt timor cauſa iuſticie: amor
fructus. Conſidera ergo quomodo iſte
affectiones ordinate/ virtutes ſunt: in=
ordinate perturbationes. Si timorem
ſequatur triſticia: deſperationē gene=
rat. ſi amorem leticia/ diſſolutionē. Se=
quatur ergo timorē leticia: quia timor
futura cauet. leticia de preſenti gaudet
prudentis cautele finem/ leticia poſſi=
det. Probet ergo leticia timorē: proba=
tus timor nihil aliud ꝙ̄ prudentia eſt.
Comitetur leticia triſticiā: qꝛ modera=
te leta amplectitur: qui triſtia remini=
ſcitur. Temperat ergo leticia ꝫ triſticia
temperata leticia: nihil aliud eſt ꝙ̄ tē=
perantia. Iūgatur amor triſticie: quia
fortiter ſuſtinet triſtia: qui per amorem
que ſunt amāda deſiderat. Confortat
ergo amor triſticiā: confortata vero tri
ſticia: nihil aliud eſt ꝙ̄ fortitudo. Iun=
gatur amor timori: quia ordinate amā
dis inheret: qui timenda non negligit.
Ordinat ergo amor timorē: ordinatus
timor nihil aliud ꝙ̄ iuſticia ē. Due affe
ctiones leticia et triſticia: non ſe exten=
dunt ad alia. In nobis enim letamur:
et i nobis triſtamur. Amor et timor ad
alia ſe extendunt. Timor enim affectō
eſt naturalis: que nos coniungit ſupe=
riori per inferiorem partem/ ⁊ habet ſe
ad deum ſoluꝫ. Amor affectio eſt q̄ nos
coniungit ſuperiori: inferiori: ⁊ equali:
et habet ſe ad deum et proximum. In

his autē duobus perfecta conſiſtit iuſticia: vt timeamus deū propter potentiam. amemus propter bonitatē: ꝛ proximum propter nature ſocietatē.

## ¶ Capi.ix. De quattuoꝛ virtutibus nobis neceſſarijs. In quibuſdam ſententijs.

Opus eſt fortitudine aduerſus tentamenta peccati: vt rugienti leoni reſiſtamus / fortes in fide: et ignita ipſius iacula hoc clipeo viriliter repellamus. Opus eſt iuſticia: vt operemur bonum. Opus prudentia: ne cū fatuis virginibus reprobemur. Opus deniq̃ temperātia: ne voluptatibus indulgeamus. Plane terribilis deus in conſilijs ſuper filios hominū. Sed ſi terribilis eſt: etiam miſericoꝛs inuenitur dum futuri formā iudicij non occultat. Aia que peccauerit: ipſa morietˀ. Palmes qui fructum non fecerit: excidetur. Uirgo cui defuerit oleum a nuptijs excludetur. Et qui bona receperit in hac vita: in eterna cruciabitur. Quod ſi forte contingat in vno quolibet hec quattuoꝛ inueniri: ea plane extrema deſperatio eſt.

## ¶ Ca.x. De quattuoꝛ modis orandi. In quibuſdā ſententijs

Quattuoꝛ mihi videtur orādi modos exprimere apoſtoli verba dicentis. Uolo primū fieri obſecrationes deinde orationes: poſtulatiōes / gratiarum actiones. Sūt enim quos adhuc peccati conſciētia terret ꝛ cruciat: nondum accepta reſiſtēdi virtute. tūc ſcilꝫ cum primū ipſos in peccatoꝝ ſceno iacentes: ſpiritus veritatis irradiat. ꝛ excitans erubeſcere facit ꝛ timere: dū vident immanitatē criminū. meritorum exiguitatem: et velut ardentē coram ſe gehennam expaueſcētes. quoniā in ſeipſis boni nihil inueniunt: aliunde apprehendūt vnde regātur. ſciunt enim ꝙ non ſit tutū in conſpectu domini dei ſui vacuos apparere: et nihilominus id pͤſumere plenis ſtercoꝛe manibus audēt Quia ergo timent et merito timent per ſeipſos accedere: ſtudent quaſi per alios ſupplicare. Tale eſt illud orationis genus: quo ſolemus vti dicētes. Sancte petre oꝛa pro nobis: et ſimilia. Maxime vero illud obſecratio eſt manifeſta: per paſſionē tuā libera nos domine et cetera in hunc modum. Ac vero iam continendi virtute accepta ſecurus accedit: qui ſibi conſcius fuerit. pro delictis preteritis veniā querēs ꝛ oratione que nimirū oris eſt ratio: quādo iaꝫ oꝛe ſuo loquitur cū deo ſuo. Quod ſi iā conſecutus es / primū eſt: vt ipſi dn̄o in oratione loquens recogites annos tuos in amaritudine anime tue. Dehic poſtq̄ in lamentis penitētie aliquādiu perſeuerans: hilaritatē quandā et fiduciā conceperis indulgētie. accede iam ad poſtulatiōes: vt ſecure tanq̄ receptus in gratiā domini / tibi et conſeruis tuis audeas petere quod opoꝛtet. Fiducialiter iam poſtulare poteſt qui eiuſmodi eſt: tantū caueat ne forte aut poſtulet non poſtulāda: aut nimis poſtulet que non a deo ſūt poſtulāda: aut ea tepide querat que toto affectu et omni tēpoꝛe ſunt querenda. Petit et nō accipit oīs qui terrena querit vltra neceſſitatem: qui mundialē gloriam ſectatur aut voluptatem. Tale eſt etiā quod ſolent homines ſeculares moꝛtē inimicorum in oratiōe poſtulare: ceteraq̃ ſimilia que non opoꝛtet. At vero tēpoꝛalia ſi defuerint / petenda quidē ſunt quantū neceſſitas humana requirit: ſed non ſunt nimie requirenda. In quo genere etiā illa ſunt ſpecialia: ſine quibus nihilominꝰ ſalus conſtare poteſt. vt donū ſcientie / gratia curationū: omniaq̃ de quibus certum non habemus. quid expediat nobis: vtpote ſi te fatigat tētatio. ſupplicādū quidē pro ea vt auferatur a te ſed non nimis obnixe. quoniā in talibꝰ opoꝛtet deo magis cōmittere: q̄ temere apud nos aliquid diffinire. Hec aūt ſunt pro quibus inceſſanter ꝛ q̄obnixe poterunt: ad deū clamēt deſideria tua. vt habeas gratiam eius bonā: et placere poſſis in oculis pietatis ipſius: et in eo viuas et moueris in ipō: vt gloriā

eius videre ⁊ in ipſo frui in perpetuum
merearis. Porro ad quartū orationis
genus quod eſt gratiarū actio:per pau
cos attingere credo: ⁊ quo rarius eo p̄
cioſius eſt. Multā enim gratiam pror-
ſus inuenit apud deū:qui exaudit an-
teq̄ȝ inuocetur et teſtimoniū reddit ſpi-
ritui eius ſpiritus quem habet ex deo.
quoniā exauditū eſt deſideriū eius:ita
vt certus iam nō orare: ſȝ gratias age
re poſſit. Prima igitur:id eſt obſecratio
verecundo fiat affectu.. Secunda quā
proprie diximus orationē affectu pu-
ro:vt videlicet nō diſſimulemus pecca
ta.nō nos palpemus ſcientes quod ſic
quiſq̄ȝ gratiā inuenit apud deū:ſi inuē
tus fuerit durus iudex in ſemetipſum.
Tertia id eſt poſtulatio amplū querit
affectum: ⁊ fiducie latitudinē. Quarta
que eſt gratiaꝝ actio:ipſa debet eſſe de
uotione pleniſſima ⁊ delicijs affluens

## ¶ Capi.xi. De quattuor qui-bus debitor eſt homo. In quibuſdam ſententijs.

Vis ſcire q̄ et quibus debeas. Pri
mo criſto ieſu debes omnē vitam
tuam:q̄a ipſe vitā ſuam poſuit pro vi
ta tua: et cruciatus amaros ſuſtinuit:
ne tu perpetuos ſuſtineres. Si cōferrē-
tur in me om̄s vite filiorū adam:et om
nes dies ſeculi: ⁊ labores omniū homi
num:qui fuerūt:qui ſunt:qui erunt:ni
chil eſſet ad comparationē corporis il-
lius quod ſpectabile et ſtupendum eſt.
virtutibus etiā ſupernis in cōceptu de
ſpiritu:in ortu de virgine:in vite innocē
tia:in doctrine fluentijs:in coruſcatio-
nibus miraculorū:in reuelatiōibus ſa-
cramentorum. Sicut igitur exaltantur
celi a terra : ſic exaltata eſt vita illa a
vita noſtra:q̄ tamen ꝓpoſita eſt pro vi
ta noſtra. Sicut nihil ad aliq̄d nullam
habet comparationē:ita et vita noſtra
nullā habet ad vitam illius proportio
nem.cum illa dignior: iſta miſerior eſſe
non poſſit. Cum ergo ei deuouero quic
quid ſum:quicq̄d poſſum: nonne ſic eſt
ſicuti ſtella ad ſolem : gutta ad fluuiū:
lapis ad montem:granū ad aceruum.
Sed nū quid huic ſoli debitor ſum:cui
vix aliq̄d retribuere poſſum. Exigūt a
me preterita peccata mea futurā vitā ⁊
meam:vt faciā dignos fructus penitē-
tie et recogiten omnes annos meos in
amaritudine anime mee. Et ad hec q̄s
idoneus? Peccaui ſuper numerū arene
maris ⁊ multiplicata ſūt peccata mea
et non ſū dignus videre altitudinē celi
pre multitudine iniq̄tatis mee:circun-
dederunt me mala quorū nō eſt nume-
rus. Quod ergo ſine nūero eſt:quomo-
do numerabo? Quomodo ſatiſfaciā cū
cogar reddere debitum vſq̄ȝ ad nouiſſi-
mum q̄drantē? Sed et delicta q̄s intel-
ligit? Sed ⁊ quantū libet peniteat:quā
tumlibet ſe affligit et maceret propter
nomen tuū:nō propter penitētie meri-
tum ꝓpiciaberis peccato meo( ait iu-
ſtus )domine multū eſt enim. Cū igitur
quicq̄d vis:q̄cq̄d ſapis: quicq̄d habes
quicq̄d potes:huic vni rei dedicaueris
nunq̄d aliq̄d eſt vel intra aliq̄ compu-
tandum? Quid ſi tertiū tibi debitorem
oſtendā:qui nō minus acriter ſed vera
citer vēdicat eā ſibi? Puto ꝙ et tu poſ-
ſidere deſideras gloriā illam: quā nec
oculus vidit:nec auris audiuit: nec in
cor hominis aſcendit:regnū omniū ſe-
culorum:viuere in eternū in perpetuas
hereditates. Credo ꝙ velis eſſe eq̄lis
angelis dei: et in plateis ſuperne ſyon
melos angelicū auſcultare ⁊ videre q̄c-
quid illud ſit:cū erit deus oia in omni-
bus. Nonne ad hoc emendū totū te: et
quecūq̄ȝ vndecūq̄ȝ contrahere poteris
dare oportebit? Et cum vniuerſa com-
pleueris:nō tamen eſſe condignas paſ-
ſiones huius temporis vl̓ corporis:ad
futurā gloriam q̄ reuelabitur in nobis.
Quid dices et ſi quartū debitorem in
medium adduxero:qui ſibi iure prima
tus tres ſuperiores cedere velit? Ecce
in ianuis eſt q̄ fecit celū et terram: etiā
creator tuus eſt:tu creatura.tu ſeruus:
ille dn̄s.ille figulus:tu figmentū. Totū
ergo quod es illi debes: a quo totū ha
bes.illi precipue domino qui et fecit ⁊
benefecit tibi:qui tibi miniſtrat ſyderū
curſus:aeris temperiem:fecūditatem

terre: fructuū vbertatem. huic reuera
totis medullis:totis viribus ſeruiēdū.
ne forte indignationis oculo te reſpici-
at et deſpiciat;et conterat ineternū. Ex
pone ergo michi cui horū quattuor pre
ponas reddere quod debes:cum vnuſ-
quiſqꝫ tam internusqꝫ eternus exactor
ſit vt te poſſit ſingulariter ſuffocare.
Eya domine vim patior:reſponde pro
me. In manus tuas cōmendo ſpiritū
meum:tu perſolue omibus: tu ab omi-
bus libera:quia tu es deus ⁊ nō homo
et quod homibus impoſſibile eſt:poſſi
bile eſt tibi.

## ¶ Ca.xij. De quadruplici cō-
## punctione. Sup cātica.ſermone.xvi.

QUattuor ad ſenſum compūctio-
nis ſunt pertinentia. Porro ſenſū
ex integro recuperaſſe te ſcias: ſi tuam
conſcientiā quadruplici ſentis compū
ctione morderi. Pudore gemino: et ge-
mino metu. Igitur in tua pro te lamen
tatione:deū cogita factorem tuū:cogi-
ta patrē:beneficiū cogita dominū:ad
omnia reus es. plange per ſingula :ad
primum et vltimū reſpōdeat timor tu⁹
ad duo media pudor. Pater ſane non
metuitur cū pater ſit:patris eſt miſere-
ri ſemper et parcere. Et ſi percutit vir-
ga percutit non baculo:et cū percuſſe-
rit ſanat. Paterna vox eſt:ꝑcutiā et ego
ſanabo. Non eſt proinde quod a patre
formides:q ⁊ ſi aliquādo feriat vt emē-
det:nūqꝫ tamen vt vindicet. At vero cō
gitantem ꝙ patrē offenderim : eſt certe
quod pudeat: et ſi non quod terreat.
Voluntarie genuit me verbo veritatis.
Demū etiam nō pepercit vnigenito:ꝑ
ſic genito. Ita ipſe qdem patrē ſe exhi-
buit michi:ſed non ego me illi viciſſim
filium. Qua nā fronte attollo iam ocu-
los ad vultū patris tam boni tam ma-
lus filius? Pudet indigna geſſiſſe gene-
ri meo:pudet tāto patre vixiſſe degene-
rem. Proh pudor. Caduca vana:⁊ pro
pe nulla:et quorū finis mors eſt: infe-
lix et inſanus preferre:non erubui eter-
ni patris amori et honori. Sed et ſi pa
ter non eſſet: obrueret me beneficijs.
Inſtaurat aduerſum me teſtes: vt alia
innumera taceā huius corporis victū ⁊
et vſum temporis hui⁹:et ſuper omnia
ſanguinem dilecti filij ſui clamantem
de terra. Pudet ingratitudinis: quāqꝫ
ad cōfuſionis cumulum arguor. etiam
reddidiſſe mala pro bonis: et odiū pro
dilectione. Minime quidem mihi a be
nefactore:ſicut nec a patre timendum.
Verus quippe benefic⁹ eſt: dans afflu-
enter et non improperans. Non impro
perat dona: quia dona ſunt. et benefi-
cia ſua michi dedit: non vendidit. At
quanto de illo benignius: tanto de me
indignius ſentire cogor. Quod ſi ſegni-
or: forte minus ſuas partes exequitur
pudor. timor ſane excitetur in adiuto-
rium:excitetur vt excitet. Quod pater
eſt:quod beneficus eſt:tibi eſt. quod do
minus ac creator ſibi. Etenim propter
ſemetipſū fecit omnia. Qui ergo quod
tuum eſt tibi defenſat et ſeruat: putas
et pro ſe aliquādo non zelabit? Putas
ſui nō requiret principatus honorem?
Sed requiret vſqꝫ ad nouiſſimū qua-
drantem:requiret et retribuet abūdan
ter facientibus ſuperbiam. Requiret a
redempto ſeruicium:honorem et glori
am ab eo quem plaſmauit. Eſto ꝙ diſſi
mulet pater:ignoſcat beneficus:ſed nō
dominus et creator:et qui parcit filio/
non parcet figmento: non parcet ſeruo
nequam. Penſa cuius ſit formidinis et
horroris: tuū atqꝫ omniū contempſiſſe
factorem:offendiſſe dominum maieſta
tis. Maieſtatis eſt timeri:domini eſt ti-
meri:et maxime huius maieſtatis:hu-
iuſqꝫ domini. Ille timēdus eſt qui poſt
qꝫ occiderit corpus : poteſtatem habet
mittere et in gehennam. Qui ſic affici-
tur ꝑculdubio in duplici metu iſto:itē-
qꝫ pudore illo eque duplici:habet com
punctiones quattuor.

## ¶ Cap.xiij. De quattuor ge-
## neribus lachrimarum. In ſermone ter-
## tio de epyphania domini: q ſic incipit.
## Neceſſariū nobis.⁊c.

In lacrimis deuotionis non indulgentia peccatorū: ſed beneplacitū queritur dei patris cū deſcēdit in nos ſpiritus adoptionis filioꝝ:teſtimoniuꝫ perhibēs ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filij dei:vt melliflua̅ nobis de celo vocē videamur audire:q꜡ vere deus pater i nobis ꝯplacet ſibi. Nec parū diſtat inter lacrimas deuotiōis:atꝗ lacrimas penitētie ⁊ cōfeſſionis. Uerunt̄n longe amplius vtriſꝗ ꝓcellūt:alie queda̅ lacrime quibus ⁊ infunditur ſapor vini. Illas enim lacrimas vere in vinū mutari dixerim: que fraterne cōpaſſionis affectu in feruore ꝓdeūt caritatis. pro qua etiam ad hora̅ tuiꝑſius imemor eſſe: ſobria queda̅ ebrietate videris. In quibuſdam dictis. Quoſda̅ aūt lugētes video:ſed ſi de corde procederēt ille lacrime/ nō ta̅ facile ilico ſoluerētur in riſū. Nunc autē cum abunda̅tius ocioſa et ſcurrilia verba profluāt:ꝙ̄ prius lacrime. lacrimas huiuſmodi de his eſſe nō arbitror quibꝰ cōſolatio diuina ꝓmittitur:q̄nquidē poſt illas ta̅ facile cōſolatio vilis admittitur.

## Ca. xiiij. De quattuor moleſtijs hominis.

Duplex ſcd̄m corpus miſeꝝ hominem ꝯtritio vexat:ꝑn̄tis videlicet ſenſu doloris ⁊ mortis metu future/ nimirum cū ⁊ paſſibile ſit ⁊ mortale. Duplex nihilominus aīam agitare: ſolicitudo videtur ſpei vtiꝗ ⁊ timoris. Inter hec nempe fluctuat iugiter: dū peccati corpus inhabitat/aſcendēs vſꝗ ad celos:et iterū vſꝗ ad abyſſos deſcendēs tabeſcēs in malis: ⁊ ad bona nihilominus inardeſcēs. Erit autē cū luteū hoc egrediens domicilū a timore quidem penitus liberabit̄: ſed necdum ab expectatione. Extūc eni iam nō erit timor in finibus noſtris : ſed in ſpe ſingulariter cōſtituti erimus. Ceterū ⁊ ip̄m corpus reſtituetur. Seminat̄ eni corpus aīale reſurget corpus ſpirituale. Seminatur in ignominia̅: ſurget in gloria. Ubi iam tunc mors victoria tua? Siquidē et tu inimica nouiſſima deſtrueris. Corpus enim reſurrectiōis iam nō morit̄:mors illi vltra nō dn̄abit̄. ſed ⁊ dolor ⁊ gemitus ois abſcedet:q̄m abſterget de꜠ omnem lacrima̅ ab oculis ſanctoꝝ. et iam non erit amplius neꝗ luctus/ neꝗ clamor/ſed nec vllus dolor:q̄m priora tra̅ſierunt. Felices lacrime quas benigna manus magni cōditoris abſterget. Et beati oculi qui in talibꝰ liquefieri fletibus elegerūt/ꝙ̄ eleuari in ſuperbia̅/ꝙ̄ omne ſublime videre:ꝙ̄ auaricie et petulantie famulari.

## Ca. xv. De quattuor quibꝰ ſeruit homo in hac vita.

Quattuor ſūt quoꝝ in hac vita obſequijs deſeruimꝰ:caro/mūdus/ dyabolus/deus. Carni militamꝰ:gule illecebris ſeruiēdo/luxurie ſtimulis obſequēdo. Mūdo militamꝰ auaricie eſtibus anhela̅do:honoris altitudinē affectando. Dyabolo militamus: bonorū prouectibus inuidēdo:contra deū ſupbie ſpiritu itumeſcēdo. Deo aūt militamus pietatis operibꝰ humiliter inſiſtēdo:poteſtatibus aeris viriliter reſiſtendo. Hn̄t ⁊ ſinguli p̄ncipes donatiua ꝓpria. Caro largitur ſuis ſeruitoribꝰ momentanea̅ voluptatē. mūdus tra̅ſitoria̅ ſublimitatē. dyabolus perpetua̅ captiuitatem. deus interminabilē felicitatē

## Ca. xvi. De quattuor generibus hoīm regnū celorū poſſidentiū.

Quattuor ſunt gn̄a hoīm regnū celorum poſſidentiū. Alij violenter rapiunt:alij mercātur/alij furant̄/alij compellūtur ad illud. Rapiūt qui reliquerunt oīa:⁊ ſequūtur criſtū. Sūt alij inferioris gradus a quibꝰ metūtur carnalia dū ſemināt ſp̄ualia:⁊ tales dicūtur mercatores. Sunt alij qui nōnulla bona occulte faciūt: ⁊ hi furari dicunt̄ quia laudē humana̅ vitantes ſolo diuino teſtimonio ſunt cōtenti. Hi autē qui compellunt̄ ſunt pauperes neceſſarij: quos hic ignis pauptatis deo diſpenſante ꝓbat ne in futuro ignis iudicij da̅nabiliter puniat. De quibus dicitur. Compelle intrare. Cōpelluntur eni varijs neceſſitatibꝰ ⁊ opp̄ſſionibꝰ afflicti.

Ca.xvij. De quattuor generibus tẽtationũ. Sup cãtica. ſer. xxxiij

Quattuor ſunt tentationũ genera: nobis ita ꝓphetico ſermõe deſcripta. Scuto īquit circũdabit te veritas eius nõ timebis a tiore nocturno: a ſagitta volante in die: a negocio perambulante in tenebris: ab incurſu ꝛ demonio meridiano. Super pſalmum. Qui habitat. verſu quito. He ſũt quattuor tentationes quibꝰ vndiqꝫ circũdati/ neceſſe habemus circũdari etiã ſcuto dñi vt ſit nobis a dextris ꝛ ſiniſtris/ ante et retro. Ueritas aũt circũdat: qꝛ veraꝫ q̄ promittit: ꝛ ſic exhibet vt ꝓmittit. Credo ꝙ et hoc ordine quo hic numerãtur contra eos qui cõuertunt inſurgũt: ꝛ velut principes ſunt oim tẽtationũ. Sup pſalmũ. Qui habitat. ſer. vi. Scimꝰ qꝛ aduerſus eos q̄ cõuertũtur: primũ eſſe certamẽ de moleſtijs corporis cõſueuit Caro eni hactenꝰ indomita caſtigari et in ſeruitutẽ redigi: nequaq̃ equanimiter patitur. ſed adhuc memor recẽs ꝑdite libertatis: acrius concupiſcit aduerſus ſpiritũ. Sup cãtica. ſer. xxxiij. Itaqꝫ primordia noſtre cõuerſionis primꝰ exagitat timor: quẽ intrãtibꝰ ſtatim horror vite ingerit artioris ꝛ inſuete auſteritas diſcipline. Atqꝫ is timor nocturnꝰ dicit quia nox i ſcripturis deſignare ſolꝫ aduerſa: et ꝓ bonis q̄ non videmus: formidamus q̄ in preſentiaruꝫ ſunt aduerſa tolerare. Super pſalmũ. Qui hitat. ſer. ſexto. Nocturnus plane et tenebroſus timor iſte. Sup cãtica. ſer. xxxiij. Superata aũt hac tentatione armemus nos nihilominus aduerſus hoim laudes: q̄ de laudabili potiſſimũ vita ſumũt materiam. Alioquin patebimus vulneri a ſagita volãte in die: q̄ eſt inanis gloria. Fama ſiquidẽ volat/ et ideo in die: qꝛ ex operibꝰ lucis. Sup pſalmũ. Qui habitat. ſer. vi. Sagitta leuiter volat/ leuiter penetrat: ſed nõ leue infligit vulnus cito interficit. Sagitta hec vana gloria eſt. Non eſt vnde impugnet hec puſillanimes ꝛ remiſſos: qui feruentiores eſſe videtur. ipi paueãt: ipi ſibi caueãt. Super cãtica. ſer. xxxiij. Si hec exufflatur tanq̄ inanis aura: reſtat vt ſolidius aliquid afferat de diuitijs ꝛ honoribꝰ ſeculi. ſi forte qui nõ curat laudes: appetat dignitates. Aliter neceſſe ẽ circũueniri a negocio ꝑambulãte in tenebris: quod ẽ ypocriſis. Etenim iſta de ambitiõe deſcendit: ꝛ in tenebris habitatio eiꝰ. q̄ppe abſcõdit qđ eſt: et qđ nõ eſt mẽtitur. Negociatur aũt omni tẽpore formã retinens pietatis ad ſeſe occultandũ: virtutem autẽ eius vendicãs et oẽs honores. Sup pſalmũ. Qui habitat. ſer. vi. Quãtos hoc negociũ perambulãs in tenebris trudi fecit i tenebras exteriores veſte ſpoliãs nuptiali ꝟtutũ exercitia fructu pietatis euacuãs. Sup cantica. ſer. xxxiij. Poſtrema tẽtatio ẽ demoniũ meridianũ qđ ſolet maxime iſidiari ꝑfectis: qui videlꝫ tanq̄ viri virtutũ oia ſupauerũt voluptates/ fauores/ honores. Quid eni iam ſupeſt ei qui tentat/ i quo poſſit pugnare palã aduerſus huiuſmodi. Sup p̄m. Qui habitat. ſer. vi. Quos videt oĩmode diligere iuſticiã: et odiſſe iniquitatẽ: Quidni vt iniquitatem palliet ꝟtutis imagine? Quos eni perfectos boni nouerit amatores: malum eis ſub ſpecie boni. non mediocris ſed ꝑfecti pſuadere conatur: vt cito cõſentiat q̄ magnopere diligit bonũ/ ꝛ facile qui currit incurrat. Super cantica ſer. xxxiij. Uenit ꝓinde occultus q̄ manifeſtꝰ nõ audet: ꝛ quẽ ſatis exptus eſt apertũ omne horrere malũ: falſo bono ſuperare molit. Quarto igitur. i. ſupremo demũ loco: hec tẽtatio formidet. ꝛ quo ſe in ſũmo ſtare quis viderit: eo ſibi vigilãtius ab incurſu ꝛ demonio meridiano cauendũ intelligat. Quod q̄dẽ demoniũ idcirco meridianũ dictũ exiſtimo: qꝛ ſunt aliqui de numero malignorum. qui cum merito tenebroſe obſtinateqꝫ voluntatis ſue/ nox et perpetua nox ſint: diem tamen ſe ad fallendum ſimulare nouerunt: nec modo diẽ ſed et meridiem. Et tunc meridies/ id eſt maior claritas apparet tẽtans: cũ quaſi boni maioris imaginem prefert.

Ca.xviij. De quattuor cor-

nibus crucis. De ſancto andrea. ſer. ij.

Neceſſe eſt vt ſcuto circũdet nos veritas: quia nos vndiq; mala circundãt. Ab inferiori eni parte timor nocturn⁹ inſurgit: a ſiniſtris ſagitta volat in die: a dextris perãbulat negociũ tenebroſũ: et vt nihil ſit vacuũ a ſuperiori parte demonium meredianũ occurrit. Nos autẽ miſeri ⁊ miſerabiles vicinis tot ſerpẽtibus: et igneis telis vndiq; volantibus ⁊ inſurgẽtibus inimicis: nihilominus pnitioſiſſima ſecuritate et negligentia dormitam⁹/ torpemus ocio: vanitatib⁹ et ſcurrilitatib⁹ indulgem⁹ tã pigri ad ſpiritalia exercitia: acſi iaz pax ſit et ſecuritas ⁊ non ſit militia vita hominis ſup terrã. Ecce in cruce ſalus noſtra: tantũ vt ei viriliter inhereamus Ipa eſt ſcutũ quo circũdamur: vt eius cornua quattuor/ quadrifaria hoſtiuz tela repellãt. Sit ergo inferi⁹ cornu contra timorẽ nocturnũ: id ẽ aduerſus puſillanimitatẽ que de carnis afflictione procedit: vt id quod ſub nobis eſt corpus caſtigare viriliter ſtudeam⁹ ac ſubijcere ſeruituti. Si quis vero nobis in faciẽ maledicit: ſi quis aperte mala ſuadere conatur: in die volat ſagitta et a ſiniſtris eſt/ ſiniſtro nihilomin⁹ cornu excipienda. Q; ſi adulatur ſi quaſi cõſulentis animo: venenũ ꝓpinat fraterne detractionis ⁊ odiũ ſeminare conaꝛ. ſi deniq; iniquũ aliquid tanq; iuſtũ pſuadere tẽtat a dextris eſt mihi iſte: ſʒ iudas eſt/ oſculo me ꝑdit. a dextro cornu crucis negociũ perãbulans in tenebris: neceſſe eſt ꝓpulſari. Sed ecce demonium meridianũ ſupbie ſcilʒ ſpũs: qui nimirum in maiori ſplẽdore virtutũ acrius inſurgere ſolet. Hec aũt valde pnicioſa eſt. Initiũ quippe oĩs peccati ⁊ cã toti⁹ perditiõis: ſupbia eſt. Propterea quiſquis es qui ſalutẽ tuã operari ſtudes: aduerſus hanc ſup caput cornu crucis habere memẽto: vt nõ eleueris i ſupbiã non exaltetur cor tuũ: non ambules in magnis/ neq; in mirabilib⁹ ſuper te: ſed tela ea que de ſublimi veniũt ſupeminens capiti tuo cornu crucis excipiat. Sane hoc ſolũ eſt cui ſalutis pariter et regni titulus inſcribitur: qr ſolus qui ſe humiliat/ ſaluari ⁊ exaltari meretur Jam vt breuiter repetã: qttuor hec cornua ſunt cõtinentia/ patiẽtia/ prudẽtia et humilitas.

## Ca. xix. De quadruplici ſuperbia. In quibuſdã ſententijs

Eſt ſuperbia cordis/ ſupbia oris/ ſuperbia operis/ ſupbia habitus. Supbia cordis eſt quãdo homo in oculis ſuis magnus eſt: cõtra quã ſapiens orat dicẽs. Extollentiã oculorũ meorũ ne dederis mihi. Et alibi. Ue qui eſtis ſapiẽtes in oculis veſtris. Supbia oris vel lingue que ⁊ iactãtia dicitur: eſt qñ homo nõ ſolũ magna de ſe ſẽtit: ſʒ etiã loquitur. vnde pſalmiſta. Diſpdat dominus vniuerſa labia doloſa: ⁊ linguam magniloquã. Supbia operis eſt qñ homo quadã ſuperbia: vt magnus appareat agit. De qua idem pſalmiſta ait. Non habitabit in medio domus mee: qui facit ſuperbiã. Supbia habitus eſt quãdo homo vt glorioſus videatur: precioſis ſe ornat veſtibus. Unde apoſtol⁹ Non in veſte ꝓcioſa. Et dñs. Qui molli bus veſtiũtur in domib⁹ regũ ſunt: vbi ſuperbia abũdat. Sunt autẽ quinq; q̃ ad remediũ tam mortifere peſtis a domino rationali anime ſunt poſita: loc⁹ corpus: tentatio diaboli: ꝑdicatio xp̄i: et eius cõuerſatio. Locus quia exiliũ. corpus qr oneroſum. tẽtatio quia inquietat. criſti predicatio qr edificat: et eius conuerſatio q̃ informat. His q̃ſi quinq; ſenſibus: deus humilitatẽ operatur in anima. Sicut eni anima vita eſt corporis: ita deus vita eſt anime. Et ſicut corpus mortuũ eſt quod per quinq; ſẽſus ab anima non vegetaꝛ: ita anima mortua eſt q̃ per hec a dño non humiliatur

## Ca. xx. De quattuor mõis quibus itur ad conſiliũ impiorum. In quibuſdam ſentẽtijs.

Ad conſiliũ impiorũ itur quattuor modis. Quidã enim trahũtur inuiti: alij attrahũtur illecti: alij ſeducũtur ignari: alij ſequũtur ſpõtanei. Iſtis neceſſarie ſunt quattuor virtutes ꝑ q̃s

armati reſiſtant: ne in conſilium eant. Inuitis neceſſaria eſt fortitudo qua re-
ſiſtant vſq; ad mortē: minis/cruciatibꝰ et dānis. Illi qui attrahūtur illecti: in-
digent tēperantia q̄ reprimit illicita de ſideria: nec cedit ꝑmiſſionibꝰ: nec emol
litur blādicijs. Illis q̄ ſeducūtur ignari eſt opus prudētia: q̄ diſcernit ab inu
tilibus vtilia: et docet quid tenendum: quid ve reijciendū ſit. Juſticia indigēt
illi qui ſequūtur ſpōtanei. Juſticia eſt rectitudo volūtatis que nec amat pec-
care: nec peccato cōſentire. Juſticia et fortitudo ſedē habēt voluntatē: q; volū
tas iuſta debet eſſe et fortis. Eſt autem iuſticia volūtas ordinata hoc mō: ſcilꝫ
mala reſpuēs: bonis meliora ꝓponens. Prudētia ⁊ temperātia ſedē habent in
ratione: quia ratio prouidēs debet eſſe et tēperata. Eſt quippe prudētia ratio
docta ſcilꝫ a gratia: vitare cōtraria iu-ſticie ꝓpter iuſticiā. Uitat quidē non ſo
lum iniuſticiā apertā: ſed etiam illa q̄ ſunt aliquo modo cōtra iuſticiā: atten-
dens nō quod licet: ſꝫ magis quod expediat. Uitās diuitias ⁊ quedā alia: nō
quia illicita: ſed q; iuſticie ſolēt eſſe im pedimenta. ſed ꝓpter quoſdam qui ex
ypocriſi hoc faciūt: additur ꝓpter iuſti ciam. Juſticia eſt ꝑfectio aīe ratiōalis:
alie virtutes ſunt ad eius acquiſitionē vel conſeruationē. Fortitudo tēperan-
tia: prudētia: iuſticiā cōſeruāt: ne amittatur aut minuatur. Poſtq̄ vero ꝑfecta
eſt iuſticia et tranſit in affectū cordis: idē eſt quod illa tria: q; fortis eſt/pru-
dens et temperata.

## ¶ Ca.xxi. De quattuor pedibus quibus cathedra peſtilētie ſubſiſtit. In quibuſdā ſententijs.

CAthedra peſtilentie quattuor pe dibus ſubſiſtit. Primꝰ pes eſt ma
licia. ſecundus cōtemptus dei. tertius irreuerētia. quartus aſtucia. Malicia
eſt amare malū et saporē mali habere: et malū. quia malum eſt diligere: ſicut
facit diabolus et nonnulli iniqui. Sed quia fit aliquādo vt tales timeāt deū:
nō timore bono. ſꝫ ne incurrāt vel dānū rerum vel corporis cruciatū: vt ampliꝰ
ſint mali contēnunt ⁊ ipſum deum: ⁊ fit ſecūdus pes cōtemptus dei. Itē poſſꝫ
fieri vt malū amarēt: deū contēnerent: ſed inhiberet eos pudor hoim cum qui
bus habitāt. Ideo ad augmentū mali ſequitur tertius pes. irreuerentia vt nec
deum timeāt: nec hoies reuereātur. Ad cōſūmationē vero totius malicie: adeſt
quartus pes. aſtucia: vt ſciāt vti tribꝰ predictis: miſcētes oleo venenū: ⁊ mel-
le acetum. Eminēs pars cathedre cui ſedens inheret: eſt potētia. Si enim po
tens eſt qui predicta habet: tūc plurimum nocet. vel ſi potentē ſibi allicere
poteſt quem ſuo conſilio ſeducat: et ad malum impellat. Deinde apponit pul-
uinar vt ſuauit ſedeat. Puluinar fit de leuibus pēnis auiū: ſignās vanam glo
riam ⁊ fauorē popularē: quibus hoies delectati extollūtur. Scabellū pedibꝰ
ſupponitur: ne terram tangant. Tales enim nōnulli terrenas actiones nō fa-
ciunt: ſed ſpirituales. ſe ſimulāt: vt ma gis decipiāt. Hoꝝ doctrina eſt quaſi pe
ſtilentia: multa loca occupās ⁊ vaſtans

## ¶ Ca.xxij. De quattuor modis hominū. In quibuſdā ſententijs.

QUidam ſunt qui nō ſequūtur criſtum: ſed fugiūt. alij nō ſequūt: ſꝫ
precunt. nōnulli ſequūt: ſꝫ nō aſſequūt alij vero ſequuntur ⁊ conſequūtur. Nō
ſequūtur ſed fugiūt: qui necdū peccare deſiſtunt de quibus ſcriptū eſt. Omnis
qui male agit: odit lucē. Et propheta. Ecce iſti qui elongant ſe a te peribunt.
Non ſequūtur ſed preeūt: q̄ magiſtroꝝ ſentētijs ſuas preferunt. Sequūtur ſꝫ
nō aſſequuntur qui ſegniter ac remiſſe agūt: vel vſq; ad finē non perſeuerātes
de medio itinere reuertunt. Sequūtur et conſequunt qui viā humilitatis eiꝰ:
deuoto mētis affectu ꝑſeuerāter imitāt huiuſmodi vere ſequūtur deū. Fructꝰ
imitationis: māſio eſt eterne btitudis.

## ¶ Ca.xxiij. De quattuor generibus hoim. In q̄buſdā ſentētijs.

QUattuor genera ſūt hoim: quoꝝ omniū nullū eſt qd faciat bonū:

niſi vnū. Quidā enim ſunt qui deū nec
intelligunt nec requirunt: et hi mortui
ſunt. Alij intelligūt quidē: ſed nō requi
runt/ et hi impij ſunt. Alij requirūt/ nō
autem intelligunt: et hi fatui ſunt. Alij
vero et intelligūt et requirūt: et hi ſcti
ſunt. De quibus ſolis dici poteſt: quis
ipſi ſunt qui faciunt bonum

¶ Ca. xxiiij. De quattuor ro-
tis currꝰ ſpiritalis. In q̄buſdā ſentētijs

VIa legis dn̄i agitur nō greſſu cor-
poris: ſed affectu mētis. Per hāc
viam incedūt ⁊ quaſi quendā currū du
cunt tria genera hoim: ſeruus/ mercen-
narius/ filius. Trahūt autē eundē cur
rum duo iumēta: quoꝝ noīa ſunt cōmi-
natio/ ⁊ ꝓmiſſio. Super cōminationem
ſeruus ſedet: ſup promiſſionē mercēna-
rius. Horū vterqꝫ trahit currū: alter ti-
more/ alter cupiditate/ ⁊ vterqꝫ ꝓprijs
ſtimulis impellitur. Solus filius q̄ nec
timore quatit̄/ nec illicitur cupiditate:
ſed ſpū dilectiōis agit̄: ſine labore aut
leſione vehitur in curru. Quicūqꝫ enim
ſpiritu dei agunt̄: hi filij dei ſūt. Habet
etiā currus ille q̄ttuor rotas: illas ſcilꝫ
quattuor animi affectiōes notiſſimas:
amorē ⁊ leticiā/ timorē ⁊ triſticiā. amāt
enim tēporalia: et letātur cū male fece-
rint. Sed hunc amorē et hanc leticiam
ſequitur timor et triſticia ſempiterna.
Electi vero ponūt primas rotas timo-
rem et triſtitiā: poſteriores amorē ⁊ leti
tiam. Ipſis eni cōmutatur timor in ca
ritatem: triſtitia in leticiā ſempiternā.

¶ Ca. xxv. De quattuor ſpi-
nis. Super cantica. ſer. xlviij.

DOnec in carne eſt aīa iter ſpinas
profecto verſat̄: et neceſſe eſt pa-
tiatur inquietudines tentationū/ tribu
lationūqꝫ aculeos. Videat q̄ꝫ vigilē ſo-
licitāqꝫ eſſe oporteat ſup cuſtodia ſui:
ſepta vndiqꝫ ſpinis hincinde aculeos
intendentibus. Spina culpa eſt: ſpina
pena ē: ſpina falſus frater: ſpina vicinꝰ
eſt malus. Plenus eſt mūdus ſpinis: in
terra ſunt/ in aere ſunt/ in carne tua ſūt
Verſari in his ⁊ minime ledi diuine po
tentie eſt: nō virtutis tue. Bene pūgeris
ſi cōpungeris. Nō mediocris titulꝰ pro
fecto virtutis inter prauos viuere bonū
et inter malignantes innocētie retinere
candorē et morū lenitatē: magis autē
ſi his qui oderūt pacem: pacificum/ et
amicum/ te ipſis exhibeas inimicis

¶ Cap. xxvi. De duobus bo-
nis que oculū interiorē faciūt ſimplicē
et duobus malis q̄ eundē faciunt nec̄qꝫ
In libro de p̄cepto ⁊ diſpenſatione.

VT interior oculꝰ vere ſimplex ſit:
duo illi arbitror neceſſaria. carita
tem in intētione: ⁊ in electione veritatē.
Nam ſi bonū quidē diligat: ſed verum
non eligat. habet quidē zelū dei: ſed nō
ſcdm ſcientiā. et neſcio quēadmodū iu
dicio veritatis: vera eſſe poſſit cū falſi-
tate ſimplicitas. Volēs deniqꝫ ad verā
inſtruere diſcipulos ſimplicitatē magi
ſtra veritas: eſtote (inquit) prudētes ſi-
cut ſerpentes/ ⁊ ſimplices ſicut colūbe.
Premiſit ergo prudētiā: ſine qua nemi
nem ſatis eē poſſe ſimplicē ſciret. Quō
deniqꝫ vere ſimplex erit oculus: cū igno
rantia veritatis? Patet ergo laudabilē
illam et a dn̄o laudatā ſimplicitatem:
abſqꝫ his duobus nō eſſe bonis/ beni-
uolentia atqꝫ prudētia. vt oculꝰ videlꝫ
cordis nō ſolū pius qui fallere nolit: ſꝫ
et cautus ſit qui falli nō poſſit. Ceterū
ſicut oculum ſimplicē duo iſta faciunt
bona: amor boni ⁊ cognitio veri. ſic neqꝫ
oculum duo e regione mala conſtituūt
cecitas qua fit vt veritatē nō agnoſcat:
et ꝑuerſitas q̄ fit vt diligat iniquitatē.

¶ Cap. xxvij. De quadrifaria
diuiſione oculi interioris. Vbi ſupra.

POrro inter hec bona q̄ nec fallere
nec falli ſinūt: et duo illa mala q̄
tam falli q̄ꝫ fallere faciūt. duo ſunt me
dia: vnū quidē bonū per qđ oculus in-
terior ⁊ ſi falli queat ignorātia veri: ze-
lo tamē boni fallere penitus nō ꝯſentit
Alterū vero malū quod lꝫ veri noticiā
non impediat: amorē tn̄ boni pre mali-
cia minime ſentit. Et qm̄ oīs res meliꝰ
diuiſione innoteſcit: ſcdm hoc duplex
malū et illud item geminū bonū: q̄dri-
fariā diuidamus oculū cordis: in bonū

et meliorem: in malū et peiorem: ⁊ ſubdamus exēpla. Eſt qui bonū diligit: et malū neſcius agit. Huius quidē bonꝰ eſt oculus: qꝛ pius. nō tñ ſimplex: qꝛ cecus. Et eſt ꝙ bonū et libēter agit: ⁊ prudenter itelligit. Iſtius reuera oculū nō immerito ſimplicē dixerim: vt pote cui neutrū bonū deſit/ nec zelus ſcilꝫ bonꝰ: nec ſcientia. Eſt ecōtrario ꝙ bonū minime diligens: ex malicia quidē ꝑuerſus eſt. ſed ſapiēs vt faciat malū: per ignorantiā cecus nō eſt. Quē quidē ideo nōdum appellauerim nequā: ꝙ vnū ei lꝫ ad ſuum malū nō deſit bonū. i. ſcientia. Sed eſt ꝙ bonū forte neſcius qđ nō diligit agit: cui ꝓfecto nō icōgrue id qđ dicitur nequā aſſignaueri. eo ꝙ neutro careat malo: nec cecitate ſcilꝫ nec peruerſitate. Dicitur ſiquidē nequā quaſi nequaq̄: vt is ſolūmō nequā appellet᷑ qui nequaq̄/ hoc eſt in nullo penitꝰ appareat bonus. ſꝫ ſit vtroq̄ bono vacuꝰ: tam videlꝫ veri noticia q̄ ⁊ beniuolētia

## ¶ Ca. xxviij. De quadrifaria diuiſione ſupradicta. In eodē. Ubi ſ.

Alius eſt itaq̄ pius oculꝰ nō quidem fallere ꝓptus: ſꝫ tñ falli ꝓnus. Alius is ē quē dñs ſimplicē dicit: tā nec fallere facilis q̄ nec falli. Et itē alius eſt oculꝰ ſimpliciter malꝰ/ fallēs vtiq̄ libēter: ſꝫ nō facile falſus. Et aliꝰ eſt quē nequā eſſe diffiniuimꝰ: qꝛ ſit dupliciter malus. cui nēpe et malicia parit ignorantiā: ⁊ ignorātia maliciā operit. ita vt ſepe neſciens et malū qđ vult nō faciat: ⁊ bonū faciat qđ nō vult. Obſcuratum nēpe eſt inſipiēs cor eoꝝ: qui iſtiuſmodi ſūt ⁊ q̄ſi iam traditi in reprobum ſenſū: bonum oīno nec diligere nec dinoſcere queūt. Nā qui hmōi eſt cauere ꝓfecto malū: nec vult etiam ſi poſſit/ nec ſi velit ſcit. Quāobrem hunc oculū in ſupiori diuiſione: illo altero cēſui nō immerito peiorē. nō qꝛ malignior ſit: ſꝫ qꝛ periculoſior. Ignorātia q̄ppe ſecuriorem: ſecuritas ſegniorē facit/ nō neq̄orem. Eſt tñ ex hoc ꝓculdubio deterior: qꝛ ille ſolū habet malū/ malā intentionem: iſte ⁊ falſā cōſiderationē. Ille vno caret e duobus bonis bono zelo: iſte et vero iudicio. Si igit᷑ is vere oculꝰ neq̄ eſt qui ꝑuerſus parit᷑ et cecꝰ: bonū agit et malū credit. Utiq̄ recte operādo/ ſꝫ opinando iniq̄: bonū ſibi in malū ꝯtit/ ⁊ tantū malū quātū crediderit. At non ideo ſequit᷑/ vt ꝙ ecōtrario malū facit ⁊ bonū putat: iuxta ſuā fidē ſimilit᷑ ⁊ ipſe inueniat. Quare? Nō eſt q̄ppe ſimplex oculus ille ꝙ ex iudicio ꝟitatis totū corpus lucidū reddat: qualē ꝓfecto ſupius diffiniuimꝰ. Neq̄ eni ex toto adhuc tenebre deſunt: vbi ignorātia veritatis lucē obſcurat beneuolūtatis. Cū itaq̄ ille oculus vtrūq̄ malū: is vero minime vtrūq̄ habeat bonū: nonne ratio videt᷑ exigere/ vt plus ille noceat q̄ ꝓſit iſte? Neq̄ enim ꝯſequēs eſt vt tm̄ valeat in bonū/ bonū vnū: quantū duo mala/ in malum. Et quidē laude dignā dixerim vel ſolā piam intentionē: nec plane cōdigna remuneratōe fraudabit᷑ in opere quoq̄ nō bono ipſa bona volūtas. atñ ſine malo quocūq̄ nō erit decepta ſimplicitas: quia qđ a neſciente fit ⁊ bonū prorſus contēnit intētio praua/ ⁊ malū non penitꝰ excuſat recta. Siue itaq̄ malum putas bonū qđ forte agis: ſiue bonum malū qđ operaris. vtrūq̄ pctm̄ ē: lꝫ ſane leuius admodū peccet᷑: vbi ſana intentiōe/ ſola repħēſibilis/ actio foris apparet: q̄ vbi maligna latet/ etiāꝫ in nō mala actione intētio. Uerū quod abſq̄ vel minimo pctō non eſt: purū bonum minime eſt. Quo pacto ergo bonū nō purū/ puro malo ꝯparabit᷑ in efficiētia: hoc eſt vt tam efficax ad bonū illud ſit/ q̄ ad malum iſtud?

## ¶ Ca. xxix. De q̄druplici iuſticia. In ſermone quīto de verbis Iſaie: qui incipit. Cōmendant nobis. ⁊c.

Iuſticia dei ſublimis ē. Noſtra eni ſi qua eſt: hūilis eſt iuſticia. recta forſitan: ſꝫ nō pura. niſi forte meliores nos eſſe credimus q̄ patres noſtros: ꝙ nōminus veraciter q̄ hūiliter aiebant oēs iuſticie nr̄e tanq̄ pānus mēſtruate Quō enim pura iuſticia: vbi adhuc nō poteſt culpa deeſſe? Recta ꝓinde videri

poteſt iuſticia hominū:ſi tñ peccato nō
conſentiāt/vt nō regnet in eoꝝ mortali
corpore. Nā primi hoīs in initio nō mō
recta:ſed etiā pura fuit/ q̄diu ei datuꝫ
eſt nec ſentire pctm̄. Ceterū et ipſa qm̄
firma nō fuit:⁊ puritatē facile ꝑdidit:⁊
ne ipſā quoqꝫ retinuit rectitudinē ſuā.
Sane apud āgelos iuſticia recta/pura
et firma eſt:ſublimis quidē/ ſed adhuc
lōge inferioꝛ q̄ diuina. Nō enim inata
eis eſt:ſꝫ collata a deo. vt natura ipſa
qd̄ ex ſe eſt:non mō iuſticie/ſed etiā iniu
ſticie capax inueniat̃. Nūquid non iſta
eſt prauitas quedā:quā in angelis ſuis
mera illa iuſticia legit̃ inueniſſe? Non
enim iuſtificabit̃ in ꝯſpectu tuo oīs vi=
uens:ait is q̄ dei iuſticiā minime igno=
rabat. Nec eni ait oīs hō:ſed oīs viuēs
forte/vt ne ipſos angelicos eū noueris
ſpūs excepiſſe. Uiuūt enim ⁊ ipſi tanto
veri⁹ q̄to ꝓpi⁹ aſtāt ei:apd̄ quē eſt fōs
vite. Nihilomin⁹ etiā iuſti ſunt:ſꝫ ex eo
non corā eo:munere eius/nō in eius cō=
paratiōe. Ipſe eni ſibi iuſticia eſt: cui⁹
volūtas nō tam equa/ q̄ ipſa eq̄tas:et
vtraqꝫ nō aliud q̄ ip̄a ſubſtātia ē. Illa
ergo iuſtitia veriſſime ſicut mōs eſt:que
recta eſt/q̄ pura eſt/q̄ firma eſt/ ⁊ vt ita
dixerim etiam ſubſtantiua eſt.

## ¶ Capi.xxx. De quattuoꝛ ri=uulis deſcendentibus de fonte chꝛiſto. Super cantica.ſermone.xxij.

DOminus criſtus fons vite:de in=
tra oꝛtū cōcluſū erūpens: per os
pauli fiſtulā ſuam in q̄ttuoꝛ ſe riuulos
diffudit et deriuauit in plateas. vbi vi
delicet ⁊ aſſignat nobis eū factū a deo
ſapientiā/et iuſticiā/⁊ ſcṫificationē/⁊ re
demptionē. Qm̄ quidē in principio erat
verbum:et v̄bū erat apud deū. Factū
eſt autē quatinus eſſe inciperet ⁊ apud
hoīes:ſic nihilomin⁹ in principio ſapiē
tia erat:erat iuſticia/ erat ſcṫificatio/et
redemptio.ſed āgelis vt eſſet ⁊ hoībus:
fecit eū hec oīa pater. At āgelis (inq̄s)
quomō redēptio fuerit non video? Nec
eni auctoꝛitas ſcripturaꝝ vſpiā aſſeti=
re vr̄ eos aliq̄n/aut pctō extitiſſe capti
uos/aut morti obnoxios: vt neceſſariā
haberent redēptionē.exceptis dūtaxat
illis q̄ ſupbie lapſu irremediabili coꝛru
entes: redimi deinceps nō merētur. Si
itaqꝫ āgeli nunq̄ redēpti ſūt: alij vtiqꝫ
non egētes:alij nō pꝛomerētes:illi q̄dē
q2 nec lapſi ſunt: hi autē q2 irreuocabi
les ſunt:quo pacto tu dicis dn̄m criſtū
eis fuiſſe redemptionē? Audi bꝛeuiter.
Qui erexit hoīem lapſū:dedit ſtati an=
gelo ne laberet̃. ſic illuꝫ de captiuitate
eruens:ſicut hunc a captiuitate defen
dens. Et hac ratione fuit eque vtriqꝫ re
demptio:ſoluēs illū/⁊ ſeruās iſtū. Liq̄t
ergo ſanctis āgelis dn̄m criſtū fuiſſe re=
demptionē:ſicut iuſticiā/ ſicut ſapiētiā
ſicut ſcṫificationē:et nihilomin⁹ tñ hec
ipſa q̄ttuoꝛ eſſe factū ꝓpter hoīes. Sic
ergo oīe quod erat āgelis ſctis: fact⁹
eſt nobis. Quid? Sapiētia/iuſticia/ſan
ctificatio/redēptio. Sapiētia in p̄dica=
tione.iuſticia in abſolutione peccatoꝝ.
ſanctificatio in ꝯuerſatiōe/quā habuit
cum pctōꝛibus.redēptio in paſſiōe quā
ſuſtinuit ꝓ pctōꝛibus. Sedebas o hō in
tenebꝛoſis ⁊ vmbꝛa moꝛtis p ignoꝛātiā
veritatis. Sedebas vinctus catenis de
lictoꝛum:deſcēdit ad te in carcerē nō vt
toꝛq̄ret:ſꝫ vt erueret de ptāte tenebraꝝ
Et pꝛio quidē veritatis doctoꝛ depulit
vmbꝛā ignoꝛātie tue: luce ſapiētie ſue.
Per iuſticiaꝫ deniqꝫ q̄ ex fide eſt: ſoluit
funes pctōꝝ:gratis iuſtificās pctōꝛem
Addidit quoqꝫ ſācte inter pctōꝛes viue
re:⁊ ſic tradere foꝛmā vite tanq̄ vie q̄ re
dires ad patriā. Ad cumulū poſtremo
pietatis tradidit in moꝛtē aīam ſuā: et
de ꝓpꝛio latere ꝓtulit p̄miū ſatiſfactio
nis quo placares patrē. En q̄ttuoꝛ ri=
uuli. Pꝛimus ſapiētie.ſcd̄s iuſticie.ter=
tius ſatiſfactoīs. quartus redēptionis
Fruſtra hui⁹ ſeculi ſapiētes de q̄ttuoꝛ
virtutibus tā multa diſputauerūt: q̄s
tñ appꝛhēdere oīno nequiuerūt: cū illū
neſcierūt q̄ fact⁹ eſt nobis a deo. ſapiē
tia docens prudentiā:⁊ iuſticia delicta
donās:⁊ ſcṫificatio in exemplū tēperā=
tie ꝯtinēter viuēs:⁊ redēptio in exēplū
patientie foꝛtit̃ moꝛiēs. Quid vobis cū
v̄tutibus q̄ dei virtutē criſtū ignoꝛatis?
Ubinā queſo v̄era prudētia niſi in criſti

doctrina. Un̄ vera iuſticia niſi de chriſti mia. Ubi vera temperātia niſi in chriſti vita. Ubi vera fortitudo niſi i criſti paſſione. Soli igit̄ qui eius doctrina ſunt imbuti; prudētes dicendi ſūt. Soli iuſti qui de eius mia veniā pctoꝝ conſecuti ſunt. Soli tēperātes: q̄ eius vitā imitari ſtudent. Soli fortes q̄ eius patientie documenta: fortiter in aduerſis tenent Incaſſum ꝑinde q̄s laborat in acq̄ſitione virtutū: ſi aliūde eas ſperādas putat q̄ȝ a dn̄o virtutū. cuius doctrina armariū prudētie. cuius mia opus iuſticie. cuius vita ſpeculū temperātie. cuiꝰ mors inſigne ē fortitudinis. Ipi honoꝛ et gloria in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶Ca. xxxi. De quattuoꝛ ordinibus in ꝓceſſione dn̄i. In ſer. ij. de Ramis palmarū: q̄ incipit. Neceſſe eſt. ⁊c.

QUattuoꝛ ordines in ꝓceſſiōe dn̄i mihi videoꝛ intueri. Preibāt eniȝ aliqui et viā parabāt: ipſi ſūt qui viam parant dn̄o ad corda. Alij ſeq̄bant̄: et hi ſunt qui ꝓprie inſciētie cōſcij deuote ſequunt̄ et adherēt ſemꝑ veſtigijs p̄cedentium. Aderāt quoq̄ȝ diſcipuli tanq̄ȝ domeſtici lateri eius adherētes: ipi ſūt q̄ partē optimā elegerūt q̄ in clauſtris ſoli deo viuūt: ſēꝑ deo adherētes ⁊ eiꝰ placitū cōſiderātes. Ipm quoq̄ȝ iumētum cui inſidebat non defuit: qđ deſignat duros corde ⁊ aīos quodāmō beſtiales. Ueꝝ nō fuit ibi aīaliū hmōi copioſioꝛ mltitudo: nec oportuit. Tales eni magis oneri ſūt q̄ȝ honoꝛi: nec ꝓpt̄ eos ꝓceſſio valde glioſioꝛ ē. hmōi naq̄ȝ cātare non norūt; ſȝ male ſonoros dāt rugitꝰ. Ipi ſūt q̄ ſemꝑ virga ⁊ calcaribꝰ egent. Attn̄ nec ipſos relinquet dn̄s: dū diſciplinā ferre voluerint. Quattuoꝛ ergo ſunt gn̄a in ꝓceſſione dn̄i. Boni prudentes ⁊ boni ſimplices: hi ſūt q̄ preeūt et qui ſequunt̄. Bonos aūt addidi: q2 prudentes nō boni / iniqui ſūt. ⁊ ſimplices nō boni: ſtulti ſūt. In ꝓceſſione aūt dn̄i nec iniquus locū hȝ: nec ſtultꝰ. Porro qui adherēt ei: ꝯtemplatiui ſūt. Qui portāt eū ⁊ onerantur eo: ipſi ſūt duro corde ⁊ parū deuoti. Sȝ ecce oms ſunt in ꝓceſſione dn̄i: ⁊ nemo ex ipſis facieȝ eius videt. Nā qui p̄cedūt occupati ſūt in parāda via: ſoliciti circa pctā ⁊ tentationes alioꝝ. Qui ſequunt̄ ipſi oīno faciem eius videre nō pn̄t: ſed poſterioꝛa eius vident. Iumentū cui inſidet nunq̄ȝ ad vidēdū leuat oculos: ſȝ pronū eſt ſp in terrā. Qui vero adherēt ipſi aliq̄n videre pn̄t: ſed raptim et nō continue nec plane dū adhuc ſūt in via. Attn̄ quantum ad alios: ipſi magis facie ad faciem eum vident.

¶Ca. xxxij. De quattuoꝛ generibus ſpirituū. Sup cantica. ſer. v.

QUattuoꝛ ſunt ſpirituū gn̄a: pecoris / noſter / āgelicus / ⁊ qui ꝯdidit iſtos. Nō eſt ex oībus cui ſiue ꝓpter ſe ſiue ꝓpter aliū / ſiue ꝓpter vtrūq̄ȝ neceſſarium corpus nō ſit corporis ve ſimilitudo. excepto dūtaxat illo: cui oīs tam corporalis q̄ȝ ſpiritalis creatura merito ꝯfitetur ⁊ dicit. Deus meꝰ es tu: qm̄ bonoꝝ meoꝝ nō eges. Et primū quidē ita corpore egere ꝯſtat: vt nec ſubſiſtere abſq̄ȝ illo vtrūq̄ȝ poſſit. Simul q̄ppe et viuificare deſinit et viuere ille ſpūs: qn̄ moritur pecus. Uerū nos viuimus q̄dē poſt corpus: ſȝ ad ea quibꝰ beate viuit̄ nullus nobis acceſſus patȝ niſi ꝑ corpꝰ Ipſa ſiquidem corporalia et viſibilia: iſta nō niſi ꝑ corporis inſtrumentū ſēſa in noſtrā notitiā veniūt. Hȝ igitur neceſſariū corpus ſpiritalis creatura q̄ nos ſumus: ſine quo nimirū nequaq̄ȝ illam ſcientiā aſſequit̄ quā ſolā accepit gradum ad ea de quoꝝ ſit cognitione btā. Iam q2 ⁊ ſup celeſtes ſpūs opus corporibus habeāt: illa nos maxime certos faciat vera ⁊ vere diuina ſentētia. Nōne oēs (ait) adminiſtratoꝛij ſpūs ſūt miſſi in miniſteriū: ꝓpter eos qui hereditatē capiūt ſalut̄. Quonā ergo mō implēt miniſteriū ſuū abſq̄ȝ corpe: p̄ſertim apd̄ viuentes in corpe. Deniq̄ȝ nō eſt diſcurrere nec de loco ad locū trāſire: niſi corporum. Qđ frequent̄ facere angelos tā indubitata q̄ȝ nota ꝓbat auctoritas. Ita inferioꝛ ſupioꝛq̄ȝ ſpūs ꝓprijs corporibus egent: ſȝ tm̄ quibus iuuent nō

etiam inuentur. At pecus quidē ex debito ſeruitutis: ⁊ ad vſus tm̄ tēporaliū corporaliūq; neceſſitatū inuādo ſeruit Ideoq; ille ſpūs ⁊ cū tēpore trāſit ⁊ cū corpore deficit. Angel⁹ vero curat ⁊ ſatagit in libertate ſpūs āministrare officium pietatis: futuroꝝ bonoꝝ ꝓmptū mortalib⁹. alacreq; ſeſe miniſtrū exhibens: vtpote ſuis in eternū futuris ciuibus ⁊ coheredibus ſupne iocūditatis. Ille igitur vt iure ſeruiat: iſte vt pie ſubueniat: ambo ꝓculdubio ſuis corpib⁹ egent vt iuuēt. Nā in quo ipi eis iuuent non video: ad profectū dūtaxat eternitatis. Irratiōalis nēpe ſpūs nūquid eo vſq; iuuatur corpe ſuo: vt per corpalia et ſenſibilia q̄ per illud ſētit: etiā ad ſpiritalia ⁊ intelligibilia ꝓficiēdo ptingat Porro aūt ſupceleſtis ſpūs abſq; adiutorio corpis et abſq; intuitu hoꝝ q̄ per corpus ſentiunt: ſola ꝓfecto ſue vicinitate ac viuacitate nature: ſufficit apphēdere ſūma ⁊ intima penetrare. Nec brutus ergo nec āgelicus ſpūs ad ea capeſcenda q̄ beatā ſpiritalē faciūt creaturam: ſuis vllo mō corporib⁹ adiuuant. Ille quidē pro innata ſtoliditate nō capiens: iſte vero ꝓ excellēcioris glorie ꝓrogatiua nō indigens. Porro hoīs ſpiritum qui mediū quendā inter ſupmū et infimū tenet locū: vſq; adeo ad vtrūq; neceſſariū habere corpus manifeſtum eſt: vt abſq; eo nec ipſe ꝓficere nec alteri ꝓdeſſe poſſit. Nā vt taceā mēbra cetera corporis officia ve mēbroꝝ: quonā modo q̄ſo aut ſine lingua inſtruis audientem / aut ſine auribus pcipis inſtruētem? Itaq; cū abſq; corporis adminiculo / nec beſtialis ſpūs ſeruilis ꝯditionis ſoluere debitum: nec ſpiritalis celeſtiſq; creatura implere miniſteriū pietatis: nec rationalis aīa tam ꝑximo q̄ etiam ſibi ſufficiat ꝯſulere ad ſalutem: liquet oēm creatū ſpiritū ſiue vt iuuet / ſiue vt iuuet ſimul ⁊ iuuet: corpeo proꝛſus idigere ſolatio. Null⁹ aūt creatoꝝ ſpirituū per ſe nr̄is mētibus applicat: vt videlz nullo mediāte noſtri ſui ve corporis inſtrumēto. ita nobis imiſceat vt infundatur: quo eius ꝑticipatiōe docti ſiue doctiores: vel boni / ſiue meliores efficiamur. Nullus āgeloꝝ nulla aīaꝝ hoc mō michi capabilis eſt: nulli⁹ ergo capax nec ipſi āgeli ita ſe alterutrū capiunt. Seqſtretur ꝑinde ꝓrogatiua hec ſūmo atq; icircūſcripto ſpiritui: q̄ ſol⁹ cum docet āgelū ſiue hoīem ſcientiā: inſtrumētū non q̄rit noſtre corpee auris / ſicut nec ſibi oris. Per ſe īfundit: per ſe innoteſcit. Purus capit a puris: ſolus nullius indiget: ſolus ⁊ ſibi ⁊ oībus de ſola oīpotēti volūtate ſufficiēs. Operatur tn̄ immenſa ⁊ innumera ꝑ ſubiectā creaturā corporalē ſiue ſpūalē: ſed q̄ſi imperās nō q̄ſi mendicās. Quid ꝓprio de corpore facere hȝ: cui ad nutū indifferenter vniuerſa corpora celeſtia atq; terreſtria obſequi ꝯſtat? Plane ſupfluo haberet ſuū: qui nullū ſibi repperit alienum. Sup cātica. ſer. vi. Demus ergo verā ſoli deo ſecuri ſicut īmortalitatē: ita ⁊ incorporeitatē: qui ſolus ſpirituū vniuerſā corporeā creaturā alias naturam eovſq; trāſcendat: vt quocūq; corpore in quocūq; opere nō indigeat. ſolo ſpiritali nutu cū vult: ad quecunq; vult agenda ꝯtentus. Sola igit eſt q̄ nec ꝓpter ſe nec ꝓpter aliū: ſolatio inſtrumēti corporei opus habet illa maieſtas.

## ¶ Ca. xxxiij. De quattuor fōtibus prodeuntib⁹ de paradiſo noſtro criſto dn̄o. In ſermone de natiuitate: q̄ incipit. Grandis quidem.

Fons nobis eſt xp̄us dn̄s vn̄ lauemur: ſȝ fōs q̄ nūq; poterit exhauriri. Ueruntn̄ nō iſte ſol⁹ aquaꝝ vſus eſt nec tm̄ ſordes abluūt / ſȝ et ſitim extingunt. Tertius aquaꝝ vſus eſt irrigatō quā ꝓfecto maxime neceſſariā hn̄t nouelle oliuarū plātationes: alioqui aut minus ꝓficiēt: aut ex toto peribūt pre nimia ſiccitate. Querit ergo deuotiōis aquas quiſq; ſeminauerit bonoꝝ operum ſemia: vt irrigat⁹ fonte gratie: bone conuerſatiōis ortus nō exareſcat: ſȝ in perpetua viriditate proficiat. vt bona opera feruore deuotōis ⁊ dulcedine ſpiritalis gratie cōdiant. Putas inueniri poterit q̄rtus fons: vt paradiſū recupe

mus q̄ttuor fontiũ irrigatõe amenissi=
mum. Nã si terrenũ paradisum denuo
nobis reddendũ nõ speramus: quomõ
regnum celoꝝ sperabim⁹. Nunc aũt vt
de exhibitiõe p̄sentiũ: firma sit expecta
tio futuroꝝ. paradisũ habemus multo
meliorem ⁊ lõge delectabiliorẽ: q̄ꝫ primi
parentes habuerũt/ ⁊ paradisus noster
cristus dñs est. In quo tres quidẽ iam
fontes inuenim⁹: quartũ queram⁹. Ha
bem⁹ de fonte mĩe ad diluẽdas culpas
aquas remissiõis. Habem⁹ de fonte sa
pientie ad potãdã sitim nostrã: aquas
refectionis. habem⁹ de fonte gratie ad
irrigãdas bonoꝝ operũ plãtas: aquas
deuotionis. Queram⁹ ad decoquẽdos
cibos aquas feruẽtes: aquas emulati
onis. He nimirũ condiunt ⁊ decoquunt
affectiones nr̃as ⁊ ebuliũt de fonte ca=
ritatis. Porro ex his quattuor fontib⁹
tres quidẽ proprie ꝯuenire vident̃ trib⁹
ecclesie ordinibus singuli singulis. Nã
primus q̃dẽ oĩbus ꝯmunis est. In mul
tis enim offendimus oẽs: ⁊ necessariuꝫ
habemus fontẽ mĩe ad diluendas offẽ
sionum sordes. Oẽs inquã peccauim⁹ ⁊
egemus gloria dei: ⁊ p̄lati/ ꝯtinentes/
et cõiugati. Si dixerimus q꞉ pctm̃ non
habemus: nosipsos seducim⁹. Q꞉ ergo
nemo mund⁹ a sorde: necessari⁹ est oĩb⁹
fons mĩe: ⁊ pari voto debẽt ad hũc fon=
tem noe/ daniel/ ⁊ iob ꝓperare. De cete
ro. Job quidẽ maxime fontem sapiẽtie
querat: qm̃ ip̄e magis inter medios la
queos ãbulat: ita vt magnũ videat̃ si a
malo declinat. Danieli vero currendũ
est ad fontẽ gratie: cui nimirũ penitẽtie
opera/ ⁊ labores abstinẽtie/ deuotionis
gratia necesse est ĩpinguari. Oportꝫ eñ
vt maxime nos in hilaritate oĩa facia=
mus: qm̃ hilarem datorẽ diligit deus.
Fons vero emulationis noe ꝯuenit spe
ciali⁹: q꞉ maxime p̄latos decꝫ hic zel⁹

## ¶ Ca. xxxiiij. De q̄ttuor bene ficijs dei. Sup psal'. Qui hitat. ser. xiiij.

Agamus grãs factori nostro: bñfa
ctori nostro/ redemptori nostro/ re
muneratori nr̃o/ aut potius spei nostre
Ipse eni retributor/ ip̄e retributio nr̃a/
nec aliud iam q̄ꝫ ipsuꝫ expectamus ab
ipso. Primũ qđ nobis prestitit: nosipsi
sumus. Siquidẽ ipse fecit nos: ⁊ nõ ipi
nos. Paꝝ ne tibi istud videt̃: q꞉ te fecit?
Cogita qualẽ te fecit. Fecit nẽpe etiaꝫ
scđm corpus egregiã creaturã: sꝫ scđm
animã magis. vtpote imaginẽ creatorꝫ
insignem: rationis participẽ/ capacem
beatitudis sẽpiterne. Porro scđm ãbo
simul pre ceteris creaturis maxime ad
mirandã: coherentẽ sibi incõprehẽsibi=
li artificio/ inuestigabili sapiẽtia ꝯdito
ris. Itaqꝫ tã magnũ hoc donum: q̄ꝫ ma
gna res hõ. Sed q̄ꝫ gratuitum putas?
Planũ est q꞉ nihil ante ꝓmeruit: q꞉ pe
nitus nihil fuit. An postea sperabatur
gratiã retributur⁹ auctori? Nõ necessa=
riam retributurus gratiã ei q̃ per oĩa
sibi sufficit: sꝫ deuotas relaturus grãs
ei qui sic meruit sperabat̃. Ne hoc q̃dẽ
lꝫ maximo ꝯtentus munere: q̃ dedit vt
esses qui ãte nõ fueras. adiecit etiã vt
subsisteres q̃ iam eras: nec minus libe=
raliter hoc/ q̄ꝫ illud mirabilit̃ est opat⁹.
Quã copiosus in scđo hoc beneficio: q̄ꝫ
liberalissimus fuit. Quãta tibi largit⁹
est ad sustentationẽ: quãta ad eruditio
nem: quãta ad ꝯsolationẽ: quãta ad de
lectationẽ: quãta ex hoc iã ad correptõ
nem. Uerũ hec duo gratis et dupliciter
gratis fecit. Quid dico duplicit̃ gratis?
Sine merito tuo: sine labore suo. Nẽpe
dixit ⁊ facta sunt. An idcirco min⁹ deuo
tus: minus obnoxius: minus grat⁹ es:
q꞉ hec quidẽ sicut ꝓ nihilo/ sic de nihilo
fecit? Peruersi cordis est occasiones in
gratitudinis vestigare. Nemo id facit:
nisi qui etiã gratis esset ingrat⁹. Puto
enim neutrũ tibi ꝓpterea minus vtile:
q̄ꝫ quod prestanti minime difficile fuit.
Ceterũ ex hoc iã tertiũ opus tue redẽ=
ptionis attende. Nõ est velamẽ excusa=
tionis: laboratũ prorsus in ea. Gratis
quoqꝫ hoc p̄stitũ est: sꝫ gratis qđ ad te
pertinet: nã qđ ad illũ plane nõ gratis
Saluus fact⁹ es ꝓ nihilo: nõ de nihilo
tamẽ. Quid ad hec dormitat affectio?
Imovero mortua est illa non dormit: q̃
huic bñficio nõ respondet: q̃ se totã nõ
effundit in grãꝝ actionẽ ⁊ vocẽ laudis.

Nam ⁊ cetera duo euidentiſſime tertiū
hoc ꝯmendat: vt ī eis quoq; vera fuiſſe
dilectio cōprobet̄. non ꝓpterea de faci
li preſtās qđ nollet aliter: ſʒ ꝙ aliter nō
oporteret. Itaq; te fecit deꝰ tuus: fecit
tam multa ꝓpter te: fecit ꝓpter te ⁊ ſe=
metipſum. Uerbū caro factū eſt: ⁊ hita
uit ī nobis. Quid adhuc reſtat? Factꝰ
eſt ipſe tecū caro vna: te quoq; ſecū fa=
ciet ſpiritū vnum. Nō recedāt hec q̄ttu
or a corde tuo/ nō a meōria/ nō ab affe=
ctione. Hec cogita ſemꝑ: in his iugit̄ de
lectare: his velut quibuſdā ſtimulis vr
gens ſolicita animā tuā. His facibꝰ eā
inflāmare curato ad redamandū eū: q̄
tam multipliciter ſuū erga te cōmēdat
amorē. Serua mādata creatorꝭ tui: ſer
ua mādata bn̄factoris tui: redēptoris
tui: remuneratoris tui.

¶ Ca. xxxv. De q̄ttuor ſpēbꝰ
ꝯtēplatōis. In li. quīto de cōſideratōe.

QUattuor ſunt contēplatiōis ſpēs
Prima ⁊ maxima contēplatio eſt
ammiratio maieſtatis. Hec reqrit cor
purgatū: vt a viciis liberū atq; exone=
ratum peccatis facile ad ſupna leuet.
Interdū quoq; vel per aliqs morulas
ſtupore ⁊ extaſi ſuſpenſuʒ teneat admi
rantem. Scđa autē neceſſaria eſt huic.
Eſt enim intuens iudicia dei quo ſane
pauido aſpectu dū vehementiꝰ cōcutit
intuentē: fugat vicia: fundat virtutes:
initiat ad ſapientiā: humilitatē ſeruat
Tertia cōtemplatio occupat̄ vel potiꝰ
ociatur circa memoriā bn̄ficioꝝ: ⁊ ne di
mittat ingratū: ſolicitat meōrantē ad
amorē bn̄factoris. Quarta q̄ retro ſunt
obliuiſcens: in ſola reqeſcit expectatio
ne ꝓmiſſoꝝ. Que cū ſit meditatio eter
nitatis: ſiquidem q̄ promittunt̄ eterna
ſunt/ longanimitatē alit et pſeuerantie
dat vigoreʒ. Puto iam facile eſt q̄ttuor
noſtra hec: q̄ttuor illis verbis apoſtoli
aſſignare: dū longitudinē cōprehendit
meditatio promiſſoꝝ: latitudinē recor
datio bn̄ficioꝝ: ſublimitatē contempla
tio maieſtatꝭ ꝓfundū īſpectio iudicioꝝ

¶ Ca. xxxvi. De quattuor gra
dibus amoris. In lib. de diligēdo deū.

AMor ē affectio naturalis. Quod
ergo naturale eſt: iuſtū quidē fo=
ret pmo oīm nature deſeruire auctori.
Sed q; carnales ſumus ⁊ de carnis cō
cupiſcentia naſcimur: neceſſe eſt amor
noſter a carne incipiat q̄ ſi recto ordine
dirigatur quibuſdā ſuis gradibꝰ duce
gratia ꝑficiēs: ſpū tandē cōſummabit̄.
q; non prius qđ ſpūale: ſed qđ aīale eſt
deinde qđ ſpūale. In primis ergo dili=
git ſeipm hō propter ſe: cumq; ſe videt ꝑ
ſe nō poſſe ſubſiſtere/ deū quaſi ſibi ne=
ceſſarium incipit ꝑ fidē inquirere ⁊ dili
gere. Facit ergo ſe diligi deus q̄ ⁊ cete=
ra bona facit: facit aūt ſic. Qui naturā
condidit: ipē ⁊ protegit. Nā ⁊ ita ꝯdita
fuit: vt habeat iugiter neceſſariū ꝓte=
ctorem quē habuit ⁊ cōditorē. vt q̄ niſi
per ipm nō valuit eſſe: nec ſine ipſo vale
at omino ſubſiſtere. Quod ne ſane de ſe
creatura ignoret: ac ꝑinde ſibi qđ abſit
ſupꝑbe arroget bn̄ficia creatoris. Uult
hoīem idem ꝯditor: alto quidē ſalubri
q; cōſilio tribulatōibus exerceri. vt cuʒ
defecerit homo ⁊ ſubuenerit deus: dū
homo liberatur a deo: deꝰ ab homine
vt dignū eſt honoret̄. Fit hoc itaq; tali
modo: vt hō aīalis ⁊ carnalis qui p̄ter
ſe neminē diligere nouerit. etiā deū vel
ꝓpter ſe amare incipiat: ꝙ in ipo nimi
rum vt ſepe exꝑtus eſt oīa poſſit: q̄ tn̄
poſſe ꝓſit ⁊ ſine ipo poſſit nihil. Diligit
itaq; in ſcđo gradu deū: ſʒ ꝓpter ſe ad=
huc nō propter ipm. At vero cū ipſum
ceperit occaſione ꝓprie neceſſitatis co
lere ⁊ frequentare: cogitādo/ loquēdo/
legendo/ operādo/ obediēdo/ quadā hu
iuſcemodi familiaritate paulatim ſen=
ſimq; deus innoteſcit/ ꝯſequent̄ ⁊ dulce
ſcit. ⁊ ſic guſtato q̄ ſuauis eſt dn̄s: tran
ſit ad tertiū gradū vt diligat deū. nō iā
propter ſe: ſʒ ꝓpter ipm. Ita fit vt ad di
ligendum pure deū: plus iā ipſius alli=
ciat guſtata ſuauitas: q̄ vrgeat nr̄a ne=
ceſſitas. Sane in hoc gradu quo iā pro
pter ſeipm deus diligit̄ diu ſtatur: ⁊ ne=
ſcio ſi a quo q̄ hoīm. q̄rtus in hac vita
ꝑfecte apprehendit̄: vt ſe ſcilʒ hō dili=
gat tm̄ propter deū. Aſſerāt hoc ſi qui
exꝑti ſūt: fateor impoſſibile mihi videt̄

Erit autē proculdubio cū introductus fuerit ſuus bon⁹ ꝛ fidelis in gaudiū dñi ſui. Quaſi em̄ ebri⁹ miro quodāmodo oblitus ſui: ꝛ a ſe penit⁹ velut deficiēs totus ꝑget in deū: ꝛ deinceps adherēs ei vnus cū eo ſpūs erit Quō ſtilla aque modica multo infuſa vino deficere a ſe tota videt̄: dū ꝛ saporē vini induit ꝛ colorem. ſic oēm tunc in ſāctis humanā affectionem quodā ineffabili modo neceſſe erit a ſemetipa liqueſcere: atq; i dei penitus trāſfundi volūtatē. Alioqui quō oia in oibus erit deus: ſi in hoie de hoie quicq; ſuperit? Manebit ſiquidem ſubſtantia: ſed in alia forma/ alia gloria/ aliaq; potētia. Ex hoc iam quart⁹ ille amoris gradus ꝑpetuo poſſidet̄: cū ſūme ꝛ ſolus diligit̄ deus. q꞉ nec noſipos iam niſi ꝓpter ipſum diligimus: vt ſit ipſe in premium amātium ſe: in premium eternum amantium eternum.

## ❡ Ca. xxxvij. De longitudine latitudine/ ſublimitate/ et profunditate dei. In libro quinto de cōſideratiōe.

Quid eſt deus? Longitudo/ latitudo/ ſublimitas/ ꝛ ꝓfundū. Viſus ſum ꝓtuliſſe plura: ſ꞉ vnū eſt. Voces diuerſe: ſemite multe. ſ꞉ vnū p eas ſignat̄ vnus q̄ritur. Nō diuiſiōes ſubſtātie in quaternario iſto exꝑſſe ſunt nō dimēſiones: q̄les in corporib⁹ intuemur. Nō diſtinctio ꝑſonalis: q̄lem in trinitate adoramus. nō numerus ꝓprietatū: qualez̄ ꝑſonis ipis ineſſe fatemur. etſi non aliō a ꝑſonis: alioquin hoc ſingulū horū in deo quod q̄ttuor ſimul/ hoc q̄ttuor ipa quod ſingulū eſt. Quid igitur eſt deus? Lōgitudo inquā. Quid ipa? Eternitas hec tam longa: vt nō habeat terminū non magis loci q̄ tēporis. Eſt ꝛ latitudo. Et ipſa q̄d? Caritas. Quib⁹ et iſta terminis āguſtet̄ in deo: qui nihil odit eorum q̄ fecerit. Deniq; ſolē ſuū oriri facit ſup bonos ꝛ malos ꝛ pluit ſup iuſtos et iniuſtos: ergo et ſi inimicos includit ſinus ille ne hoc quoq; ꝯtentus euadit in infinitū. Oēm nō modo affectionē: ſ꞉ et cognitionē excedit. Quid plus dicā? Eterna ē/ niſi ꝙ hoc forſitā plus eſt: q꞉ eternitas eſt. Vides tantā eſſe latitudinem: quantā ꝛ longitudinē. Utinā ſic videas nō tantā eſſe: ſ꞉ ipſā id eſſe vnā qȯ alterā: nō minus vnā q̄ꝫ duas: nō plus duas q̄ꝫ vnā. Deus eternitas: deus caritas eſt. Lōgitudo ſine ꝓtenſione. latitudo ſine diſtenſione. In vtroq; pariter locales quidē excedit tēporales q̄ꝫ anguſtias: ſ꞉ libertate nature nō enormitate ſubſtātie. Tali modo immēſus eſt qui oia fecit in mēſura ꝛ q̄uis imēſus: hic tn̄ modus et ipſius immenſitatis. Quid itē deus? Sublimitas ꝛ ꝓfundū. In altero ſup oia: in altero intra omia. Liquet in deitate nuſq̄ꝫ claudicare eq̄litatem: ſtare eā vndiq; firmiter: ꝯſtare immobilit̄ ſibi. Sublime potentiā: profundū ſapientiā eius ꝯſidera. Ex equo ꝛ iſta reſpōdent ſibi: dū ꝛ ſublimitas inattigibilis ꝛ ꝓfūditas eque iſcrutabil̄ cognoſcat̄. O ſapiētia potēs attingēs vbiq; fortit̄: ꝛ potētia ſapiēs diſponēs oia ſuauiter. Res vna effect⁹ multiplex operatiōeſq; diuerſe. Et illa vna res eſt longitudo propter eternitatē: latitudo ꝑpter caritatē: ſublimitas ꝓpter maieſtatem: ꝓfunditas propter ſapientiam

❡ Explicit liber nonus.

## ❡ Incipiūt capitula libri. x.


De diuerſis generib⁹ peccati. i.
De malicia/ luxuria/ ꝛ auaricia/ et diuerſis eius appendicijs ij.
De diuerſis vicijs lingue iij.
De ſeptē impedimētis q̄ nos retrahūt a mandatoꝝ obſeruatione. iiij.
De diuerſis oſtaculis q̄ nos ſeparāt a voluntate diuina. v.
De diuerſis ipedimētis diuine gr̄e. vi.
De diffinitionibus diuerſoꝝ que in homine continentur vij.
De diuerſis in hoie exiſtētibus inter q̄ ſola voluntas meretur. viij.
De miſericordijs domini ix.
De fragmētis ſeptē miarum. x.
De ſex obſeruātijs ſeruoꝝ dei. xi.
De ſignis quibuſdā q̄ oſtendūt hoiem eſſe de numero electoꝝ xij.
De diuerſis dieb⁹ ſpiritalib⁹ xiij.
De diuerſis ſaporibus. xiiij.

De diuerſis generib⁹ ſpirituū. xv.
De diuerſis operationib⁹ vocis diuine intus in anima xvi.
De diuerſis nominibus dei xvij.
De diuerſis ſaporibus dei. xviij.
De diuerſis modis quibus ſe habet filius ad patrem. xix.
Qꝫ pater et filius ⁊ ſpūſſanctus et ſancti angeli deſiderāt ꝯſūmationē nr̄am. xx.
Qꝫ anime ſanctoꝝ deſiderant recipere corpora ſua. xxi.
De diuerſis impletiōibus anime ⁊ corporis in futuro. xxij.

¶ Expliciūt capitula libri. x.

## ¶ Incipit liber decimus De diuerſis generibus peccati. In quibuſdam ſententijs.

Capitulum primum.

PRimū peccatū eſt factū in celo ꝑ ſuperbiā preuaricatoris angeli: qui in ſeipſo tumuit et de ſorte beatoꝝ ſpiritum eiectus celoꝝ regnum amiſit. Secundū peccatū ꝯmiſſū eſt per inobedientiam mulieris in paradiſo. Ex hoc peccato facta eſt caro rebellis ſpiritui vt qm̄ ſpūs eius nō fuit ſubiectus creatori nec caro ſit ſubiecta ſpiritui. Tertium pctm̄ fuit ꝙ ipſa mulier virū quoq̄ ſecum traxit in culpā. Debuit quidē illa peccatū ſuum deflere: nec addere peccatū pctō. Sꝫ in hoc putauit ſe habere cōſolationē: ſi virū ſuū faceret peccati ſui participē. Quodāmodo eni naturale eſt vnūquēq̄ velle: ſiue in vicijs ſiue in virtutibus aſſociare ſibi ꝯſortem Quartū pctm̄ cōmiſit adā qui cōſenſit Adam eni (ſicut ait apoſtolus) nō eſt ſeductus: mulier autē ſeducta in ꝑuaricatione fuit. Illa ꝑ ignorantiā: iſte peccauit ꝑ infirmitatē. Peccauit autē nimis diligendo vxorē: nō q꞉ eius voluntatez fecit / ſꝫ q꞉ eā voluntati pretulit diuine Iuſtū quippe erat vt illius magis volūtatem faceret: cui plus debebat. Quis vero ambigat plus eū debere ꝯditori q̄ꝫ vxori? Siquidē vxori erat aſtrictus tm̄ per amorē: deo autē per timorē ſimul ⁊ amorē. Plus ergo debuerūt valere duo vincula ad tenēdū eū erga dei ꝑceptū q̄ꝫ vnum tantū erga coniugis affectum Quintū eque pctm̄ cōmiſit: qui ꝓpriā culpam retorſit in vxorē. Primo quidē crudelis in ſe: qui pctm̄ ſuū excuſauit. ſcḋo in vxorē quā accuſauit. Et vtiq̄ ſatis digna ſūpta eſt de pctō vindicta: qn̄ eam accuſauit cuius amore peccauit. Sextū pctm̄ fecit eua q̄ cum icreparet a dn̄o cur hoc feciſſet / reſpōdit ei. Serpens decepit me ⁊ comedi. Sic declinauit ⁊ ipſa in v̄ba malicie ad excuſandas excuſatiōes in pctis: refundēs culpā in ſerpentē: q̄ ſi inmunis a crimīe. cui nil obfuiſſet ſuggeſtio ſerpentis: ſi illa negaſſet aſſenſū ꝓprie volūtatis. Et forte ꝓceſſit in ea aliquis mot⁹ ſupbie: vn̄ ſeduci meruit a ſerpente. Septimū pctm̄ factum eſt extra paradiſū qn̄ caym inſurrexit aduerſus abel fratrē ſuū ⁊ interfecit eū. Ex eo iam tēpore inueteratū eſt: vt mali inſurgunt in bonos ⁊ opprimunt eos.

## ¶ Ca. ij. De malicia: luxuria: et auaricia: et diuerſis eius appendicijs. Sup cantica. ſermone. xxxix.

MAgnus quidē pꝛinceps ſpiritalis atq̄ inuiſibilis regis egypti ꝓfecto malicia eſt: magn⁹ luxuria / magn⁹ auaricia. Et hi quidē poſſidēt termios ſuos ſub rege ſuo ſicut ſui cuiq̄ aſſignati ſunt. Nā malicia in oī regione maleficiorum atq̄ facinoꝝ dn̄atur. Luxuria omni immūdicie et turpitudini carnis preeſt. Auaricia i partes rapine ⁊ fraudis ſortita eſt principatū. Habet malicia currū ſuū rotis q̄ttuor ꝯſiſtentē: ſeuicia / impatientia / audacia / ipudētia Ualde etení velox ē curr⁹ iſte ad effūdēdū ſāguinē: q̄ nec innocētia ſiſtitur / nec patientia retardatꝛ / nec timore frenatꝛ / nec inhibetꝛ pudore. Trahitꝛ autē duobus ad modū pnicib⁹ equis: et ad oēm perniciē paratiſſimis: terrena potētia ⁊ ſeculari pōpa. Tunc nanq̄ q̄driga iſta malicie currit valde velociter: cum hinc quidem potētie effectus ſubeſt eius ad implendis malicioſis conatibus. inde plauſus pōpe arridet ppetratis ſceleribus: vt ſermo impleatꝛ qui ſcriptus eſt

qm̄ laudat̃ pctõr in deſiderijs aie ſue: et iniquus bñdicitur. Porro preſident duobus his equis aurige duo: tumor ⁊ liuor. Et tumor quidē pompā: liuor vero potentiā agit. Is eñi rapido fert̃ diabolicarū amore pōparū: cuius apud ſe cor prius itumuit. Nā qđ in ſe firmiter ſtat timore ↄpreſſū: grauitate modeſtū: humilitate ſolidū: puritate ſanū: aura huius vanitatis nequaq̄ leuit̃ rapiet̃. Item terrene iumentū potentie nōne inuidia agit̃ ⁊ q̄ſi quibuſdā liuoris vrget̃ hincinde calcarib⁹: ſuſpitione vtiq̄ decedendi ⁊ metu ſuccūbēdi. Aliud eſt eñi q̄ ſuſpect⁹ eſt ſucceſſor: ⁊ aliud q̄ timet̃ inuaſor. His itaq̄ ſtimulis terrena potētia ↄtinue agitat̃: ⁊ currus quidē malicie ſic ſe hȝ. Luxurie vero currus q̄driga nihilominus voluit̃ viciorꝝ: ingluuie videlȝ vētris/ libidine coitus/ mollicie veſtiū/ ocij ſoporiſq̄ reſolutiōe. Trahit̃ equis eque duobus: pſperitate vite/ et rerum abundātia. Et q̄ his p̄ſidēt duo ignauie torpor: ⁊ inſida ſecuritas: q2 et copia i ignauiā ſoluit. Et ſ̄m ſcripturā pſperitas ſtultorꝝ pdet illos (nō ſane ob aliđ niſi qm̄ male ſecuros reddat) Cū autem dixerint pax ⁊ ſecuritas: tūc ſubitaneus ſupueniet eis interitus. Hi ca calcaria minime hñt neq̄ flagella: vel aliud hmōi. ſed pro his vtunt̃ conopeo ad faciendā vmbrā: ⁊ flabello ad citandum ventū. Porro conopeū diſſimulatio eſt: vmbrā faciens ⁊ ptegēs ab eſtu curarum. Propriū nāq̄ eſt mollis ⁊ delicate aie etiā neceſſarias diſſimulare curas: ⁊ ne eſtuātes ſolicitudies ſētiat ſub latibulo diſſimulationis abſcōdi. Flabellū vero effuſio eſt: ventū adulationis apportās. Largi enim ſūt luxurioſi ementes auro ventū de ore adulatorum: ⁊ de hoc ſatis. Iā vero auaricia rotis ⁊ ipa vehit̃ quattuor viciorꝝ: q̄ ſūt puſillanimitas/ inhūanitas/ contēpt⁹ dei/ mortis obliuio. Porro iumēta trahētia tenacitas/ ⁊ rapacitas/ ⁊ his vn⁹ auriga ābobus p̄ſidet habendi ardor. Sola ſiquidem auaricia qm̄ cōducere plures nō patit̃: vno ↄtenta eſt ſuitore. Ipe vero iniuncti operis promptus admodum atq̄ infatigabilis executor: in vrgendis ſane iumētis trahētibus: flagris vtit̃ acerrimis libine acq̄rendi/ et metu amittēdi. Sūt ⁊ alij principes regis egipti hñtes ⁊ ipi currus ſuos in expeditione dñi ſui: ſicut ſupbia q̄ vn⁹ de maioribus eſt pricipib⁹: ſicut inimica fidei impietas: magnū ⁊ ipe tenēs locū in domo et regno pharaonis. Et multi adhuc alij inferioris ordinis ſatrape ⁊ equites: quorꝝ nō eſt numerus in pharaonis exercitu. In iſtorꝝ itaq̄ pricipū fortitudie curruūq̄ ſuorꝝ: inuiſibil' pharao vbiq̄ diſcurrēs in oēm familiā dñi: quibus poteſt virib⁹ more tyrānico debachatur. In his etiā diebus excuten iſrael de egipto: inſequitur. At ille vero nec ſubuectus currib⁹ nec ptectus armis: nihilomin⁹ tñ ſola dñi ↄfortat⁹ manu ſecure decātat. Cātemus dño g̃loſe enim honorificat⁹ eſt: equū ⁊ aſcenſorē piecit in mare. Itē. Hi in curribus ⁊ hi in equis: nos autem in nomine dñi dei noſtri inuocabimus.

## ¶ Cap. iij. De diuerſis vicijs lingue.

In ſermone ſecūdo de apoſtolis petro ⁊ paulo: qui incipit. Sācti iſti. ⁊c.

Vilis ⁊ volatilis res verbū homis: nullius more/ nulli⁹ pōderis/ nullius p̄cij/ nullius ſoliditatis. Aerē verberat vñ et verbū dicit̃: ⁊ ſicut foliū qđ vento rapitur effluit ⁊ nō eſt q̄ ↄſideret. In ſermone de triplici cuſtodia: man⁹/ lingue/ ⁊ cordis. Quis numeret quantas modicū lingue membrū cōtrahat ſordes: q̄s multiplex in labijs incircūciſis immundicia coagulat̃: q̄s ſit grauis pnicies oris incircūſpecti: Eſt enim lingua indiſſoluta in ſermonibus ocioſis Eſt lingua impudica: eſt magnuloqua quarū prior laſciuie: ſequēs arrogātie famulat̃. Eſt ⁊ lingua doloſa: ⁊ item lingua maledica: quarū altera in falſiloquam ⁊ adulatoriā ſubdiuidit̃: altera vero nūc in facie contumelias irrogat: nunc detrahit in oculto. Quod ſi de oi vel ocioſo verbo quodcūq̄ locuti fuerint hoies: deo reddituri ſūt rationē in die iudicij. quanto diſtrictius de verbo

